
V
B
J
C
18162

TRACTATUS
JURIDICUS,
DE
ORDINE & FORMA
PROCESSUS CASTRI SKARSZEVIENSIS
PALATINATUS
POMERANIÆ;
In
brevissimum Compendium redactus

Per
ELIAM RICCIUM, Gedanens.

ANNO
A Primo DEI-Hominis de Utero Virginis
PROCESSU.
1691.

Typis Monasterii Olivensis,
Imprimebat JOHANN. JACOB. TEXTOR.

APPROBATIO
Censoris

Libellum, cui Titulus, Processus Castrensis Skarszeviensis imprimi posse censeo.

JOANNES GEORGIUS KUNIGK,
V. J. D. Plocensis, Varmiensis, Pultoviensis Canonicus, Officialis Gedanensis & per Pomeraniam Generalis S. R. M. Secretarius.

Gedani 9 Augusti
Anno 1691.

mpp.



Lectori

Lectori Invido

MUltorum Ordinem, modum, & *formam Processus* Castri Skarszeviensis *hactenus ignorantium stimulavit affectatio ad edendum Luci hoc Opusculum: Sin tibi rudiora hæc censuranti minùs placent, meliora profer: Mihi non scientibus, sed ignorantibus hæcce visa sunt proponenda adeoquę invidiam exue, scommata cave, & optimè vale.*

Lecto-

Lectori Benevolo

EN Tibi Opusculum non tam sublìmi stylo, quàm simplici & practicabili norma elaboratum, in quo licet non omnes, plures attamen ad præsens practicabiles invenies Juris solennitates, quæ Te ad inchoandum & perducendum Processum si non plenariè, præliminariè saltem informabunt, monstrabuntque Viam. Quare id bono animo accipe, Authorique semper fave.

PROCESSUM Castrensem Skarßeviensem, ejusque modum, & Formas in pulchro Ordine ab antiquo collocatas prout ignorare turpe, ita scire haud indecorum, præsertim Nobili in hoc Palatinatu Pomeraniæ degenti: Itaquè quæ circa eundem Processum vel Causas in hoc Castro agitari solitas vigilantiori oculò observari debeant, brevissimè per Capita proponuntur. Et quidem.

CAPUT I.
DE CONTUMACIA, *Vel* POENA CONTUMACIÆ In *Actionibus Civilibus.*

HÆc *Contumacia* est Duplex. Alia enim est *Simplex*, alia *Lucri*.

Simplex est. Quæ simpliciter tantùm in primo termino condemnat non Com- *Informatio.*

parentes. Ad exemplum: Si quiſpiam Succeſſores ad Inſcriptiones Officioſas Caſtrenſes, videlicet; Submiſſiones, Evictiones, &c. vel præmiſſis ſimiles (una Septimana ante Cadentiam Judiciorum, aliàs Terminus exciperetur) adcitaverit; Ille curet ſe ante omnia poſt fundatam per Acclamationem Miniſterialis Officii Juriſdictionem, induci in Regeſtrum, quod vocatur. *Cauſarum Simplicium.*

Deinde vocatis ex eodem Regeſtro Citatis & non comparentibus, Actor ſuper iiſdem obtinet *Pœnam Contumaciæ*, quam Notarius Caſtrenſis in Copia Citationis ſeu Libelli à Patrono Cauſæ porrecti notat â tergo hoc Verbo, *Contumax vel Contumaces.*

Quæ taliter à tergo notata Citationis Copia porrigitur Cancellariæ per Notarium, & actis Judiciorum ingroſſatur Formâ ſequenti.

Forma Cancellariæ. Generoſus N. N. Actor, Generoſum

N.

N. N. de Bonis ipsius generaliter omnibus ad Judicium præsens Vice-Palatinale Pomeraniense pro eo (*hìc exprimatur Status & succus Contentorum Citationis*) Citatum, alias Citatione Originali sua cum Copia de præmissis latior. existente: Et per Ministerialem Regni Generalem Providum N. N. Judicio præsenti adstantem & ad id deputatum Clamatum & vocatum, non tamen per se nec per suum quemvis legitimum Plenipotentem Juri & Termino præsenti parentem in *Pœna Contumaciæ* pro toto id admittente Judicio Officii præsentis Judicialiter & Officiosè condemnavit. Et hic in continenti stans personaliter Ministerialis Regni Generalis Providus N. N. mente & corpore sanus existens palàm ac benevolè recognovit. Quia ipse Citationem Literalem authenticam Die N. Anno N. ad Bona Villæ. N. detulit, & eandem in mensa Hypocausti vel &c. posuit & publicatam reliquit. De *Relatio Ministerialis.*

 quo

quo præsens ejusdem Ministerialis facta relatio.

Informatio. *Notandum.* Quòd quilibet Actor, si coram Judicio in eo Termino, pro quo citavit Conventum vel Conventos, non comparuerit: Jam autem Citatus vel Citati comparentes & terminum sibi datum attentantes, à Citatione & Causa sibi instituta evadere voluerit vel voluerint, Die tertia & non alia ante subscriptionem Regestri, in Regestrum *Simplicium* se inscribi curat contra eum, à quo Citatus. Clamatoque Actore & non Comparente obtinet Citatus Evasionem, quæ itidem à Notario in Originali Citationis Evadenti data notatur hoc Verbo *Evasio*.

Quæ taliter connotata Citatio Originalis porrigitur Cancellariæ & acticatur taliter.

Forma Cancellariæ. Attentabat Terminum infrascripta Pars Citata juxta Citationem sibi à parte infrascripta extraditamde Tenore tali (*hìc exprimi-*

primitur de verbo ad verbum Citatio originalis Parti Citatæ ab Actore data) Quem itaque Terminum ſupraſcripta Pars Citata juxta præinſertam Citationem attentans, Partem eandem Actoream in Judicium præſens Vice-Palatinale Pomeranienſe per Miniſterialem Regni Generalem Providum N. N. Judicio præſenti aſtantem & ad id deputatum acclamare fecit. Ad quam quidem Miniſterialis præfati tribus & ultra Juris formam vicibus quatuor factam acclamationem. Ex quo eadem Pars Actorea nec per ſe nec per ſuum quemvis legitimum Plenipotentem Juri & Termino præſenti paruit, imò verò prout ex prædicti Miniſterialis Relatione conſtat, Contumax extitit (quæ ſemper Contumacia major Actoreæ, quàm Partis Citatæ cenſetur) ſe ſeque totaliter abſentavit, exinde eandem Actoream Partem Citata Pars in Evaſione Citationis & Cauſæ unà cum interpoſitione perpetui ſilen-

tii judicialiter & Officiosè condemnavit.

Informatio. Itaquè si ille, super quo obtenta Evasio, Causam suam iterum renovare in animo habuerit, de nova radice Eum, per quem obtenta Evasio, adcitare tenetur hoc in Citatione superaddito, recedendo à priori Citatione & post translapsos Terminos, si qui translapsi sunt, citat. &c. &c,

Actor verò ille Principalis Causæ (non Evasionis) qui obtinet Contumaciam, si eundem Contumacem vel Contumaces denuò adcitare, & Processum inchoatum prosequi voluerit, pro proximis Judiciis Contumacem citet pro *Pœna Quinquaginta Aureorum Hungaricalium.* Quâ editâ & per Ministerialem quemcunque exportatâ hæc vel maximè observare debet Actor.

1*mo*. Ut authenticè illam suprapositam ex Actis extrahat, unà cum Relatione ibidem apposita, Contumaciam.

2*do*. Ut Copiam ejusdem Citationis denuò

denuò poſt pœnam Contumaciæ datæ & exportatæ curet deferri in Cancellariam, in qua ſuſcipiatur vel notetur Relatio Miniſterialis ubi? quomodo? & quando? detulerit, exportaverit vel poſuerit Citationem.

3tio. Acceptâ hâc Copia cum Relatione annotata, faciat ſe inſcribi in Regeſtrum non jam *Simplicium, ſed Cauſarum Peremptoriarum.*

Si ergò Citatus Acclamatus per Miniſterialem Judicio adſtantem denuò non comparuerit, condemnatur in præfata Quinquaginta Aureorum Ungaricalium pœna, & ſcribit Notarius à tergo Copiæ Citationis porrectæ hæc Verba. *Pœna Quinquaginta.* Quæ Copia taliter à Notario connotata traditur Cancellariæ & Actis Judiciorum inſeritur tali Forma.

Acclamavit Judicialiter & Officiosè in Judicium præſens Vice-Palatinale Pomeranienſe Pars infraſcripta Actorea Partem *Forma Cancellariæ.*

Cita-

Citatam inferiùs nominatam per Ministerialem Regni Generalem Providum N. Judicio præsenti adstantem & ad id Deputatum. Ad quam quidem Ministerialis præfati tribus & ultra Juris formam & observantiam vicibus quatuor factam acclamationem. Ex quo eadem Citata Pars nec per se, nec per suum quemvis legitimum Plenipotentem, Juri & Termino præsenti paruit, imò verò prout ex prædicti Ministerialis patet relatione, Contumax extitit, se seque totaliter absentavit. Quare petiit Pars Actorea ulteriorem sibi Juris gradum ac Processum super eadem Parte Citata, ac Bonis ejus omnibus in Contumaciam ipsius decerni, juxta suam Citationem Originalem Tenoris sequentis; (*exprimitur Citationis Copia de verbo ad verbum, prout in se sonat.*) Et Judicium præsens Vice-Palatinale Pomeraniense attentâ Contumaciâ & temeritate suprascriptæ Partis Citatæ ad Juridicam Acto-

Actoreæ Partis affectationem Jurique communi inhærendo, Contumaciam ejusdem Citatæ Partis decrevit, præsentibusque decernit. Quatenùs eadem Pars Citata recensitæ Parti Actoreæ hinc & ab Actu Decreti præsentis, in duabus rectè computando septimanis Pœnam præfatam, Quinquaginta Aureorum Ungaricalium coram Officio Castrensi Skarszeviensi realiter & effectivè persolvat, plenarieque enumeret: Idque factura est eadem Pars Citata, sub Pœna duplò majori, videlicet Centum Aureorum Ungaricalium, Decreto præsenti vallata & interposita. In defectu verò satisfactionis præmissorum omnium extunc Judicium præsens Vice-Palatinale Pomeraniense Parti Actoreæ addit Officium competens Palatinale Pomeraniense, videlicet Generosum Burgrabium Palatinatûs Pomeraniæ, vel ejus Subdelegatum Nobilem N. unà cum Ministeriali & duobus Nobilibus

quibuſvis ad intromittendum Actoream Partem in Bona Citatæ Partis in præfata Pœna Actoreæ Parti adjudicata, & proceſſu Cauſæ præſentis onerata eandem Citatam Partem de Bonis ejus omnibus rumandam & ejiciendam. Quam quidem Rumationem ſeu Intromiſſionem præfata Citata Pars Actoreæ Parti, dum & quando ad acceptandam eandem Intromiſſionem Officiosè vigore Decreti præſentis venerit aut miſerit, nec per ſe, nec per ſuas quaſvis ſubmiſſas & ſubordinatas Perſonas præpedire & denegare, imò eandem liberè dare & admittere, datamque & admiſſam nullo modo præpedire debebit & tenebitur ſub pœna itidem duplò majori, videlicet Centum Aureorum Ungaricalium Decreto præſentis vallata & interpoſita. Quod ſi verò Citata Pars tam in toto, quàm in parte Decreto præſenti contravenerit, ex tunc Judicium præſens Vice-Palatinale Pomeranienſe

Cau-

Causám præsentem suo cum toto effectu ac Partibus ipsis ad Palatinum Loci Officiumque illius competens, sub cujus videlicet Jurisdictione Pars Citata cum Bonis suis consistit, pro ulteriori & finali Causæ istius de Brachio Regali debito Juris ordine facienda & determinanda executione remisit Decreti præsentis vigore.

Quo Authentico excerpto ex Cancellaria tenetur Actor conducere Subdelegatum in locum Burgrabii cum duobus Nobilibus & Ministeriali, qui conducti condescendunt in Bona Citatæ Partis & intromissionem in Bona ejus intuitu præfatæ Pænæ quinquaginta Aureorum Ungaricalium affectant, quam sæpissimè & semper denegat Citatus. *Informatio.*

Circa verò hanc denegationem Ministerialis in instanti Citationem tradit Citato, ponitque eandem vel in mensa hypocausti vel in Atrio vel alio loco, Tenoris sequentis & formæ.

Titulus Palatini ſcribatur denuò.

Citatio pro pœna Centum.

Tibi N. N. de Bonis tuis generaliter omnibus vigore Regio & noſtro ex Officio mandamus, ut in Judiciis noſtris Palatinalibus Pomeranienſibus Cauſarum Officii priùs & proximiùs abhinc in Caſtro Skarſzevienſi celebrandis, perſonaliter & peremptoriè compareas. Ad inſtantiam Inſtigatoris Judicii noſtri, & generoſi N. N. Actoris, qui te citat pro Pœna centum Aureorum Ungaricalium, idque poſt Terminos tranſlapſos pro eo. Quomodo Tu contraveniendo Decreto Judicii Officii Noſtri, videlicet Pœnæ Quinquaginta aureorum Ungaricalium in Cauſa & Actione Judiciaria ratione &c. (*hìc exprimatur Cauſa ad quam agit;*) Intromiſſionem officiosè affectatam intuitu Pœnæ quinquaginta Aureorum Ungaricalium in Bona Tua præfata pœna onerata non admiſiſti, per quam tuam temerariam non admiſſionem ſeu denegationem, Pæ-

Pænam centum aureorum Ungaricalium ſuccubuiſti. Pro qua ſuper Te ac Bonis Tuis decernenda præſentibus citaris. Sis pariturus & Judicialiter reſponſurus. Datum in Caſtro Skarſzevienſi die N. Menſis N. Anno N.

Informatio.

Cujus Citationis Copiam circa Terminum in eadem Citatione præfixum curat Actor deferri in Cancellariam, in qua Relatio ejuſdem intromiſſionis affectatæ, & per Partem Citatam impugnatæ vel impeditæ nec deſuper poſitæ Citationis Relatio annotatur his eſſentialibus.

Forma ſuſcepta Relationis.

Nobilis N. N. uti in locum Burgrabii Subdelegatus ſanus exiſtens palàm recognovit. Quia ipſe unà cum Miniſteriali & duobus Nobilibus. N. N. N. N. ſibi majoris teſtimonii gratiâ adhibitis ad Bona Villæ N. deſcendit perſonaliter, ibidemque intromiſſionem vigore Decreti Judicii præſentis Palatinalis Pomeranien-

ſis Caſtrenſis Skarſzevienſis, videlicet Pænæ quinquaginta aureorum Ungaricalium officiosè affectavit. Quam intromiſſionem N. N. impugnavit, ob quam denegatam & impugnatam is idem Miniſterialis Providus N. N. Citationem literalem authenticam Copiæ introcontentæ ſimilem in Curia Villæ N. præſente N. N. die &c. menſis N. Anno N. poſuit & publicatam reliquit. De quo præſens Relatio.

Informatio. Quâ connotatâ & acceptâ Relatione Actor inſcribere ſeu inducere nomen ſuum & ejus contra quem agit in Regeſtrum *Cauſarum Peremptoriarũ.* Acclamatâ Cauſa & non comparente Citato porrigitur Copia Citationis illius, quâ citatus eſt pro Pæna centum Judicio per Patronum Cauſæ Actoris, quam porrectam Notarius à tergo notat his formalibus : *Pæna centum.*

Quod productum taliter connotatum itidem porrigitur Cancellariæ & inducitur in Acta Formâ tali. Accla-

Acclamavit judicialiter & officiosè ad Judicium præſens vice-Palatinale Pomeranienſe infraſcripta Pars Actorea infranominatam Citatam Partem per Miniſterialem Regni Generalem Providum N. N. Judicio præſenti adſtantem & ad id Deputatum. Ad quam Miniſterialis præfati tribus & ultra Juris formam vicibus quatuor factam acclamationem, ex quo eadem citata Pars, nec per ſe, nec per ſuum quemvis legitimum Plenipotentem Juri & Termino præſenti paruit, imò verò prout ex prædicti Miniſterialis patet Relatione contumax extitit, ſe ſeque totaliter abſentavit. Quare petiit Pars Actorea ulteriorem ſibi Juris gradum ac proceſſum ſuper eadem Parte citata ac Bonis ejus omnibus in contumaciam ipſius decerni & ſententiari juxta ſuam Citationem originalem Tenoris ſequentis (*hìc exprimitur Citationis Copia de verbo ad verbum*) Et Judicium præſens vice-Palatinale Pomera-

Forma Cancellariæ. Pœnæ centum.

meraniense attentâ contumacia & temeritate suprascriptæ Partis Citatæ ad Juridicam Actoreæ partis affectationem Jurique communi inhærendo decernit, ut Citata Pars Actoreæ Parti pœnam centum aureorum Ungaricalium cum satisfactione rei principali, Lucris & per Lucris omnibus in duabus ab Actu præsentis Decreti septimanis proximè & immediatè sese sequentibus coram Officio Castrensi Skarszeviensi realiter & in effectu reponat. Quod si verò Citata Pars tam in toto, quàm in parte Decreto præsenti contravenerit, ex tunc Judicium præsens vice-Palatinale Pomeraniense &c. &c. &c. *eadem forma, quæ in priori Pœna Quinquaginta scribitur usque ad verba Decreti præsentis vigore.*

Informatio. Cujus Formæ Instrumentum Authenticum curet sibi Actor extradi ex actis Causarum Officii, & denuò adit Burgrabium, ut Subdelegatum suum cum Ministeri-

ſteriali & duobus Nobilibus mittat in bona Citati. Qui Subdelegatus cum aliis ſuprà expreſſis ſecundariò deſcendunt in Bona Citati, Rumationemque in præfata Bona affectant, ſed eandem Citatus vel per ſe, vel ſubordinatas impugnat Perſonas. Quâ ſtante impugnatione nihil jam in Judiciis querelarum, id eſt Cauſarum Officii ventilatur, nec ulteriùs Jurevincens in hoc Judicio procedere valet; jam enim ibidem ſuper eodem Citato Proceſſus perductus.

Advertendum. Si condemnatus in tot Pænis, vel poſt primam contumaciam Citatus compareret, & Cauſàm ſibi intentatam in integrum reſtitui anniteretur, aliter non poteſt, niſi ſufferat præfatas condemnationes, in quarum ſublationem antea tantum luere debuerat, quantum dictabant condemnatæ, nunc autem Pænam quatuordecim Marcarum Polonicalium Parti & Judicio totidem & hæc ad-

huc ſubeſt moderamini Judicii & favori, ſi Citatus ſit minutioris Fortunæ.

Informatio ratione Pœnæ Bannitionis.

Si verò, ut ſupradictum eſt, poſt præmiſſas condemnationes Citatus non comparuerit. Jurevincens perducto jam in Judiciis querelarum ſeu Cauſarum Officii uſque ad Pænam centum proceſſus tenetur Condemnatum citare ad *Judicia clamata* vulgò na Jurydyke pro *Pæna Bannitionis*, & ejus publicatione, Citatione tali vel ſimili.

Titulus Palatini primò ſcribatur, denuò recedendo pauliſper.

Citatio pro Pæna Bannitionis.

Tibi N. N. de Bonis tuis generaliter omnibus vigore Regio & noſtro ex Officio mandamus. Ut in Judiciis noſtris Palatinalibus Pomeranienſibus clamatis, priùs & proximiùs abhinc in Caſtro Skarſzevienſi celebrandis perſonaliter & peremptoriè compareas. Ad inſtantiam Inſtigatoris Judicii noſtri ejusque Delatoris N. N. Actoris. Qui te citat pro Pæ-

na

na Bannitionis & ejus publicatione per Te ex eo ſuccubita. Quia tu contraveniendo Decretis Judicii vice-Palatinalis Pomeranienſis Cauſarum Officii, videlicet tam pænæ Quinquaginta, quàm centum Aureorum ungaricalium in Cauſa & Actione judiciaria tibi ratione &c. &c &c. (*ponatur meritum actionis*) coram eodem Judicio inſtituta Intromiſſionem & Rumationem in bonis tuis proceſſu præfato oneratis affectatas temerè renitendo Juri impugnâſti, pro quo pænam Bannitionis cum ejus Publicatione incurriſti, pro qua ſuper te decernenda & voce Miniſterialis Regni Generalis publicanda præſentibus Citaris; ſis pariturus & judicialiter reſponſurus. Datum in Caſtro Skarſzevienſi die N. menſis N. Anno N.

Cujus Citationis copiâ unà cum Relatione in Cancellaria annotata, circa Terminum in Judicio præfato Palatinali porrectâ, clamatoque citato anteriori Pro- *Informatio.*

 ceſſu

cessu jam convicto & non comparente decernitur pœna Bannitio, cujus publicatio fit tali methodo.

Publicatio Bannitionis. Quod Ministerialis Regni Generalis à Judicio deputatus existens, in Forum publicum ante Castrum prodeat, ibique in præsentia omnium hominum ibidem adstantium vel existentium hæc verba polonico idiomate proclamitet. Generosi Domini sit vobis notum, quòd iste vel iste Dominus sit Bannitus, & de Regno Poloniæ Dominiisque eidem Regno annexis proscriptus: itaque qui eundem foverit, aut ei assistentiam præbuerit, vel cum eo conversatus fuerit, simili Pœnæ obnoxius esse declaratur.

Facta hac Præconicâ & Sonorosa proclamitatione redit Ministerialis ad Judicium, dein ad Cancellariam faciens ejus publicationis relationem, quæ suscipitur tali forma.

Relatio Publicationis. Ad Officium & Acta præsentia Palatinalia

nalia Pomeranienſia, Caſtrenſia Skarſzevienſia veniens perſonaliter Miniſterialis Regni Generalis Providus N. N. ſanus mente & corpore exiſtens palàm ultrò ac benevolè recognovit, quia ipſe vigore Deputationis ſuæ à Judicio præſenti habitæ Generoſum. N. N. Bannitum & de Regno Poloniæ Dominiiſque eidem Regno annexis proſcriptum alta ſua & ſonoroſa Præconica voce ante Caſtrum Skarſzevienſe in frequentia varii ſtatûs hominum ad Judicia præſentia congregatorum, publicavit & proclamavit, & ad omnium, quorum intereſt, debitam deduxit notitiam. De quo præſens ejuſdem Miniſterialis Regni Generalis facta Relatio.

Qua ſtante Bannitione & ejus publicatione Bannitus nulla Officia publica exercere, Cauſam tam ſuam, quàm alienam poſt Spatium & Expirium duodecim ſeptimanarum coram omni Judicio & Subſellio promovere ullo modo poteſt; ſi- *Vide in Jure correcto de Bannitis.*

quidem personaliter ejus in objectione præfatæ Bannitionis semper rejicitur & amovetur, locumque standi coram Judicio, activitatemque in Publicis Conventibus non habet, sed Civiliter mortuus est. Unicum superest medium, videlicet ut ante expirium præfatarum duodecim Septimanarum à die publicationis computando curet exportari Citationes *pro Cassanda* ad Judicia Tribunalitia Regni Petricoviensia, & quidem binas, unam Judicio, quæ semper per Ministerialem ponitur in Cancellaria super Mensam. Alteram Parti Jurevincenti in Bonis ejus. Ambæ hæ Citationes sunt unius & ejusdem essentiæ ac Tenoris talis.

Citatio pro Cassanda. Joannes Tertius DEI Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kiioviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Smolensciæ, Severiæ, Czernichoviæque. Vobis Illustri & Magnifico N. N. (*ponatur Titulus*

lus Palatini) Palatino-Pomeraniæ &c. Capitaneo nec non Generosis N. N. N. N. Asſeſſoribus uti infraſcriptæ Cauſæ Judicibus ex Officio, (*poſſunt etiam ſi placuerit omitti D. D. Aſſeſſores, qui aſſident Palatino*) nec non N. N. uti Parti adhærenti de Perſona ac Bonis veſtris generaliter omnibus mandamus. Ut in Judiciis Noſtris Ordinariis Tribunalitiis Regni Petricovienſibus à poſitione præſentibus rectè in Quatuor ſeptimanis, ſeu tùm, dum & quando Cauſa præſens ex Regeſtro Caſſandarum Bannitionum ſeu alio quovis Cauſæ huic Competenti ad judicandum vocata & acclamata inciderit, perſonaliter & peremptoriè compareatis. Ad inſtantiam Inſtigatoris Judicii Noſtri ejuſque Delatoris N. N. Actoris Caſſandæ. Qui ut primum de quadam Bannitionis Pœna ſuper ſe ac Bonis ſuis ratione ac ſi (*exprimatur Succus Cauſæ*) ex importuna & incompetenti tui Pars adhærens delatione

&

& instantia, in Judiciis tuis Illustris & Magnifice Palatine Pomeraniæ Clamatis Castrensibus Skarszeviensibus obtentâ rescivit, illicò citat Vos ad videndum attentandumque pænam præfatam Bannitionis seu Pænas quasvis uti præcipitanter, indebitè, aggravatoriè non servatis Juris gradibus, nec positis, atque deductis ad notitiam ullis Citationibus obtentam authoritate Judicii Nostri, tolli, cassari, & annihilari, Actorem pristino honori restitui. Te verò Pars adhærens ratione indebitè aggravati honoris, & præcipitantis Processus, Pænis condignis puniri, in damnis & litis expensis condemnari, aliaque pro Causæ & termini exigentia statui & sententiari. Citamini, sitis maximè tu Pars adhærens parituri & Judicialiter responsuri. Datum Petricoviæ Feriâ N. ante Festum vel post Festum aut Dominicam N. proximâ Anno N.

Ad-

Advertendum. Quòd hæc Citatio pro Caſſanda, vel Citationes ſcribantur in Membranis ſeu Blancis Terreſtribus ſub ſigillo tali, Data verò & Actus illarũ ponatur Octo *vel* Novem dierum ſpatiũ (Feſtiva die omninò excluſâ,) ante editam Citationem.

Exportatis itaque & poſitis legitimè, ut præmiſſum eſt, binis Citationibus originalibus, unâ in Menſa Cancellariæ, alterâ in Bonis ejus, qui citatus eſt propriis, tenetur Actor Caſſandæ unà cum Miniſteriali Relationem de exportatis faciente coram Actis perſonaliter comparere, factamve Relationem ſua propria manu in Comprobationem ejus, quod Miniſterialis referens ſui Comparentis ſcitu & mandato, atque dato deſuper Conſenſu exportaverit. Si verò Actor Caſſandæ coram Actis non comparuerit, & eandem Miniſterialis Relationem non ſubſcripſerit, tam *Informatio.*

editæ Citationes, quàm Relatio Ministerialis congruum valorem habere non videntur. Hæc verò praxis videtur non adeò primùm exorta esse.

Qua pendente Citatione cum sua Relatione, Condemnatus anteriori Processu convictus & Bannitus, nunc autem Actor Cassandæ activitate in publicis, in privatis verò loco standi gaudet, & si illi publicè vel privatim, objiceretur Bannitio & ejus Publicatio Commonstratione authentici præfati Instrumenti, tueri se ubiquè ac semper potest & valet.

Advertendum. Quod plerumque accidat, quòd Bannitus nullis extraditis Citationibus pro cassanda, vel iisdem ad notitiam deductis Jurevincenti, ad malam informationem, Cassationem suæ Bannitionis imò inordinatè, habitâ incompetenti Ministerialis relatione obtineat. Sed Jurevincens factâ solenni præmissorum ratione à prima notitia dum rescivit prote-

 statio-

ſtatione, eundem pro iisdem Judiciis Tribunalis Regni Petricovienſibus citare poterit de malè obtenta Caſſatione, ubi ſeveriori rigore pænarum, unà cum Miniſteriali punitur.

Si verò Jurevincens poſt perductum, ut ſupraſcriptum eſt, usque ad Pænam Bannitionis Proceſſum, ulteriùs procedere in animo habuerit, quod etiam omninò facere tenetur:) adire debet Burgrabium ab illoque (exhibito præfato Decreto pænæ Bannitionis) ut ad Bona Jurevicti condeſcendat, & Decretũ hocce Bannitionis exhibitum exequatur urgere. Qui Burgrabius (præmiſſis priùs ad Nobilitatem Diſtrictus illius, cui Bona Jurevicti ſubſunt, nomine Palatini Literis Univerſalibus ſeriei talis. Jaſnie Wielmożnym, Wielmożnym, Urodzonym Ichmoſciom P. Senatorom, Dignitarzom, Vrzędnikom, y wſzytkim Obywatelom Powiatu N. Moim Wielce Mosćiwym Panom y Braći, do wiadomosći donoſzę. Iz poka-

Informatio, quomodo poſt obtentam Bannitionem ulteriùs procedendum.

Literæ Univerſales.

zany mi jeſt Dekret Banncyi cum ejus publicatione z inſtancyi N. N. na N. N. w Sądach moich Jurydycznych otrzymany. Do ktorego ſię ja ſtoſuiąc, aby ſię ſprawiedliwoſći Swiętey żadne ublizenie nie ſtało. Dzien Ezecutii N. Mieſiąca N. Roku tego we Wſi N. przez Urząd moy Grodzki naznaczam. Na ktory Dzien y mieyſce abyſcie ſię W. M. M. Panowie uchodząc Win w Prawie opiſanych ſtawić raczyli wielce upraſzam, ktorym przy powinſzowaniu Zdrowia dobrego ſluzby moje Braterskie zalecam. Dan w Zamku Skarſzewskim Dnia N. Mieſiąca N. Roku N.) in Bona Jurevicti Die in Literis Univerſalibus expreſſa condeſcendit, Decretiq; Executionem urget, idq; ante Curiam ipſam vel Portam ejus occluſam, fundata priùs per Miniſterialem Regni Generalem Jurisdictione.

Quapropter tenetur Jurevictus aut perſonaliter, aut per aliquem Plenipotentem com-

comparere, & Relationem Exportatarum Citationum pro Caſſanda, ſeu ejus authenticum Inſtrumentum opponere, eademque oppoſitione, vel alia pro Cauſæ exigentia ratione legitima impugnare. Qua ſtante oppoſitione, vel præfatæ Caſſandæ relationis, vel aliarum Juridicatum rationũ, Burgrabius non intrando in cognitionem Objectionum vel oppoſitionum Jurium, quæ illi non competit, Cauſam cum Partibus atque toto Proceſſu ad Judicia Tribunalitia Regni Petricovienſia remittit, conſervando Partibus in Quatuor ſeptimanis ſeu cùm ex Regeſtro competenti inciderit terminũ peremptorium.

Tenetur itaque Actor ſemper proteſtari de damnis & litis expenſis, circa hunc actum Executionis, idque contra Jurevictum ratione temeræ & renitentis earundem impenſarum per ipſum cauſationis. Reproteſtatur etiam Citatus de nullitate Proteſtationis, expurgando ſe non eſſe

renitentem Juri, & dat rationes pro exigentia Causæ, tum etiam protestatur de damnis & litis expensis.

Si verò Parti Jurevictæ consultum non fuerit præfatas Citationes pro Cassanda, necessariò esse extradendas, ad interim verò in Judiciis Tribunalitiis Pars Jurevincens approbationem Ejusdem Pœnæ Bannitionis licet præcipitantissimè obtinuerit, vix post aliquot Centum approbatam vel approbatas sufferre poterit Bannitus ; nam in tantum offerre in sublationem Processûs & Pænarum debebit, quantum Jurevincens affe ctat.

Sed post supradictam Remissam ab Officio Burgrabii ad Judicia Tribunalitia, vel intercedentes aut intercessas ulteriores per Decretum vel Decreta Tribunalitia Regni Executiones, curet omninò Jurevictus (consulendo Personæ, Honori, ac Bonis suis.) Amicos conducendos, & Complanationem cum Jurevincente præmis-

missorum ratione ineundam. Ubi Jurevincens amicè compellatus & requisitus tenetur ex respectu submissionis Jurevicti, qui se moderamini Amicorum submittit, tam de Lucris, Pænis, Marcis, Aureis ungaricalibus (si qui sunt propter renitentiam Citati interpositi) tum de aliis expensis, ita ut aureus Ungaricalis ad Florenos tres bonæ monetæ, Marca ad viginti quatuor per medium reducatur, condescendere. Post quam condescensionem & Complanationem factam & in effectu completam adeant Acta ambo complanati, ubi quietetur Jurevictus. Qui sæpissimè quietatur tali forma.

Forma Quietationis de Processu.

Coram Officio & Actis præsentibus Palatinalibus Pomeraniensibus Castrensibus Skarszeviensibus comparens personaliter N. N. recedendo à Foro suo quovis proprio, & sibi competenti, huic autem Jurisdictioni Palatinali Pomeraniensi Castrensi Skarszeviensi quoad hunc solum

actum illiusve effectus respectum attinet, totaliter se cum Bonis ac Successoribus suis subiiciendo, incorporando & inviscerando, sanus mente & corpore existens palàm, ultrò, ac benevolè recognovit, præsentibusque recognoscit. Quia ipse de Causa & actione Judiciaria per se Comparentem N. N. ratione &c. &c. intentata & in Judiciis variis agitata, tum Lucris Per Lucris, Decretis tam in minori, quàm majori Subsellio obtentis, Pœna Bannitionis cum ejus publicatione, aliisq; prætensionibus in genere omnibus respectu Causæ suprascriptæ ad eundem N. N. hucusque habitis, & Jure lucratis ob plenariam in præmissis sibi factam & præstitam satisfactionem quitat, absolvit, & liberum suis cum Successoribus mittit. Nihil sibi & suis Successoribus prætensionis vel tituli ad eundem *Generosum* N. N. reservando aut quovis modo excipiendo, imò æternum sibi ac suis Successoribus imponendo

nendo ſilentium, Proteſtationes, Manifeſtationes, unà cum Lucris Per Lucris, Decretis Bannitionum, nec non totum Proceſſum ſupraſcriptum cum ejus annexis Juris gradibus caſſando & mortificando, hac ſua perſonali recognitione in præmiſſis mediante.

Pluta circa & poſt præmiſſam Contumaciam ſimplicem obſervari ſolita, ut hìc annotentur, videntur minùs neceſſaria, atque ideò ad Contumaciam Lucri deſcendere viſum eſt.

CAPUT II.

DE

CONTUMACIA LUCRI.

HÆc Contumacia multùm diſtat à priori Simplici, quoniam longè celeriori procedit paſſu & terminis in condemnatione Citati & non comparentis; ſiquidem in primo ſtatim Termino ex Ci-

tatione præfixo, Citatum in Pænam Bannitionis inducit. Et vocatur ideò Lucrum. Quia Actor in Contumaciam Citati lucratur id, quod juxta contenta Citationis suæ seu Libelli affectat. Et est similis illi Lucro in Causis Civilibus, & processibus, quod vocatur *Ruitio Capitalis.*

Quod Lucrum quomodo, & quando obtineatur, brevissimè exponitur. Et quidem.

Si quispiam Nobilem Personam ad Inscriptionem Officiosam, vel Chyrographicam, Chartas Blancas & manuales, vel aliam Inscriptionem Obligatoriam, aut etiam pro Statuitione Subditi, vel Excessivi aut profugi Subditi, sive postremò pro Contraventione Contractûs & horum similibus, extraditis priùs Citationibus conveniret. Id curæ primò habeat Conveniens, ut se inscribat contra eundem, quem citavit, in Regestrum Peremptoriarum Causarum.

De-

Denuò habitâ in Copia Citationis Ministerialis Regni generalis Relatione (ut jam in priori Capite dictum est: (acclamatoque Citato & non Comparente obtinet Actor in Contumaciam *Lucrum*. Quod Lucrum per Notarium Officii connotatur à tergo Copiæ Citationis, eis verbis, quæ Patronus Actoris dictat & inscribi affectat. Ad exemplum. Si.

Ad Inscriptiones Officiosas.

In Contumaciam Lucrum Satisfactionis Inscriptioni tali vel tali sub Vadio in eadem Inscriptione expresso. D. A. R.

Advertendum. Quòd hæ Literæ scilicet D. significet: Decernitur Vadium, in Inscriptione expressum. A significet: Additur Ministerialis ad intromittendam Partem Actoream in Bona Citati præfato Vadio onerata. R. Remittitur pro executione ad Brachium Palatinale vel ad Officium Competens.

SI
Ad Inſcriptiones Manuales.

In Contumaciam Lucrum ſatisfactionis Inſcriptioni & ſolutionis ſummæ in Inſcriptione expreſſæ unà cum proviſionibus à tempore ſolutionis retentis idque in inſtanti ſub Pæna Bannitionis, quæ D. A. R. Has Literas explica ut ſupra, exceptâ A. Litera: quæ ſignificat: Additur Miniſterialis non ad intromittendum, ſed ad publicandam Bannitionem.

SI
Pro Statuitione Subditi Exceſſivi.

In Contumaciam Lucrum Statuitionis Subditi exceſſivi, pro quo res eſt, in inſtanti ſub *Pæna* Bannitionis, quæ D. A.R. ſuper ſtatuendo verò decernitur Pæna Infamiæ & Colli.

SI
Pro Statuitione Subditi Profugi.

In Contumaciam Lucrum Statuitionis Sub-

Subditi profugi pro quo res eſt, & ſolutionis Ducentarum Marcarum Polonicalium, idque in inſtanti ſub Pæna Bannitionis, quæ D. A. R.

Et ita in omnibus, ut ſupra dictum eſt, Actionibus, hæc lucratur Pars Actorea in abſentia Partis Citatæ, quæ juxta contenta Citationis ſuæ affectat.

Quæ Lucra à tergo Citationis per Notarium connotata porriguntur Cancellariæ & Actis Judiciorum ingroſſantur taliter.

Infraſcripta Pars Actorea infranominatam Partem citatam ad Judicium præſens vice-Palatinale Pomeranienſe per Miniſterialem Regni Generalem Providũ N. N. Judicio præſenti adſtantẽ & ad id deputatum tribus & ultra Juris formã & obſervantiam vicibus quatuor acclamare fecit. Ad quam quidem Miniſterialis præfati modo ſupraſcripto factam acclamationem, ex quo eadem Pars Citata

nec per ſe, nec per ſuum quemvis legitimum Plenipotentem Juri & Termino præſenti paruit, imò verò prout ex ejusdem Miniſterialis relatione conſtat, Contumax extitit, ſe ſeque totaliter abſentavit; exinde eandem Pars Actorea in Lucro negotii ſui Principalis pro toto admittente id Judicio Officii præſentis Judicialiter & Officiosè condemnavit juxta ſuam Citationem Literalem tenoris ſequentis. (*exprimitur Citationis Copia de verbo ad verbum*) In vim cujusquidem Lucri Judicium præſens vice-Palatinale Pomeranienſe attentâ Contumacia & temeritate ſupraſcriptæ Citatæ Partis, ad Juridicam verò Actoreæ Partis affectationem, Jurique Communi inhærendo in Contumaciam ejusdem Citatæ Partis judicialiter decrevit, præſentibusque decernit. Quatenùs eadem Citata Pars Actoreæ Parti (hìc exprimuntur Contenta affectatorũ Actoreæ partis.) Idque factura eſt Pars Citata

tata ſub Pæna Bannitionis, quæ jam exnunc in defectu ſatisfactionis præmiſſorũ ſuper eadem Parte Citata ac Bonis ejus omnibus decernitur, Miniſterialisq; Regni Generalis Providus N. N. ad publicandam eandem Pænam Bannitionis & de Regno Poloniæ, Dominiisque eidem Regno annexis proſcriptionis additur & deputatur; Cauſaque præſens ſuo cum toto effectu ac Partibus ipſis ad Palatinum Loci, ſive ejus Officium Competens, ſub cujus videlicet Jurisdictione Bona Citatæ Partis ſubſunt, pro ulteriori & finali Cauſæ iſtius de Brachio Regali debito Juris Ordine facienda & determinanda Executione remittitur Decreti præſentis vigore; Ex Actis &c.

Si verò Reus vel Citatus hac Die, qua condemnatus eſt, ſupervenerit, præſatum Lucrum ſive Condemnationem ſuper Perſona ſua ac Bonis obtentum arreſtare poteſt per Miniſterialem quemvis (Citato enim

Informatio de Arreſto.

enim currit beneficium Arresti tota ea die, quâ condemnatus est, usque ad Vesperam.

Quo Arresto intercesso Lucrum illud nullitatis.

Sed si Actor Causam suam prosequi intenderit, tenetur se post illud Arestum inducere in Regestrum *Causarum Arestatarum*, vulgò Areſztowy. Et acclamatis ex Regestro Partibus ac iis Comparentibus. Patroni utrarumq; Partium merita Causæ & Status exponunt ac inter se disceptant diversimodè.

Et quidem ante omnia de Termino.

Vel Foro. Quod fiet præliminariè, videlicet in Accessorio non intrando in negotium Principale.

Vel de incompetenti Actoratu.

Vel Actione.

Vel postremò de invaliditate & illegalitate rationum & Documentorum ab utraque Parte illatarum & allegatorum.

Si

Si De Termino

Diſceptatur: Dat Rationes Patronus *Primo.* Quòd vel nomen vel agnomen Citati non appoſitum.

2do Vel ſi appoſitum erroneè & illegitimè *3tio.* vel Quòd aliqui Succeſſores aut omnes ſpectantes ad Cauſam & Actionem, pro qua ſi in Copia Citationis non expreſſi *4to.* Vel. Quòd non legitimè & competenter poſita Citatio, id eſt non in Bonis illis, ubi Actio, pro qua res eſt, extenditur.

Vel ex aliis rationibus pro exigentia Cauſæ habitis & pertinentibus.

Quibus præmiſſis Judex diſcuſſis & trutinatis Rationibus per Patronos pro & contra illatis, dat ſæpiùs dilationem Actoreæ Parti, docendi de Termino Parti Citatæ ad proxima Judicia, vel etiam in inſtanti à Termino liberat. *Decretum Ratione Termini.*

Notandum. Quòd plerumque & jam (ante litis Conteſtationem,) inter Partes

 obii-

obiiciatur ſatisfactio, id eſt Cautio Juratoria, quam mediante ſententia Judicii (in eam Rotham ſe in hac Cauſa usque ad definitivam ejus in quovis Subſellio ſententiam omninò velle perſeverare & Juri parere:) comprobare Juramento tenetur. Sed talis Objectio rariùs practicatur, niſi ſit Cauſa cum Nobili ullam poſſeſſionem habente, aut tantum poſſeſſionis, quantum momentum Actionis importet, non habente, vel etiam Poſſeſſione in hoc Regno aut Provincia hac carente.

Si de Foro

Dantur Rationes. Quòd vel Actio ad Judicia Terreſtria vel Palatinalia Clamata ſpectet: plures Exceptiones fori non dantur. Tria enim in hoc Palatinatu obſervantur Judicia, quæ ſunt.

Terreſtre Ziemſtwo.
Palatinale Clamatum Jurydyka
& Cauſarum Officii: Querele.

Judex

Judex itaque discussis superiùs illatis rationibus, nullam dat Parti Actoreæ docendi de Foro ad proxima Judicia dilationem, sed in instanti, vel Foro adinvento in Causa ulteriùs procedere mandat; vel etiam non adinvento Causam & Actionem ad competens Forum vel Judicem remittit conservando Partibus Terminum peremptorium.

Advertendum. Quòd sæpissimè accidat. Quod quispiam ductus respectu cujusdam Vexæ Civem possessionatum vel Incolam Civitatensem, nullâ Fundi Terrestris possessione gaudentem, sed merè Jurisdictioni Civitatensi ex Persona ac Bonis subjectum ad suprascripta evocet Judicia Citatione evocatoria.

Quâ sibi traditâ & pendente Citatione tenetur Evocatus, quamprimum Acta adire poterit, Juri suo præcavere, & Querelam seu Protestationem contra temerarium Evocantem Forma tali vel simili. *Informatio in Causis Evocationum. Protestatio ratione Evocationis.*

(Ad officium & Acta præsentia Palatinalia Pomeranienſia Caſtrenſia Skarſzevienſia veniens perſonaliter N. N. præcavendo cuivis Jurium Civitatenſium Jmmunitati ſolenniter contra N. N. queſtus & proteſtatus ideò. Quòd quamvis Jure Communi Civitatique N. ſpecialibus Privilegiis, hucusque continuâ Praxi abundè ſatis roboratis conſtitutum reperiatur, ut quilibet in Foro ſuo conveniatur, convenirique debet; In ſpecie verò Magiſtratus Civitatum Pruſſiæ Regalis, ejusdemq; Membra ratione quorumcunque Officii exceſſuum non ad aliud, quàm Regiæ Majeſtatis Domini noſtri Clementiſſimi Judicium, à nullo evocari, trahique debeant ſub Pæna Quingentarum Marcarum polonicalium Seſſionisque Turricæ, nec non Caſſatione Decreti, Decretorumque in Incompetenti Foro obtentorum obtinendorumque, præfataque Jura eorundemve Praxis moderno Evocanti tanquã Perſonæ

Pœna ſuper temerarium Evocantem 500. Marcar: & ſeſſio Turris.

personæ Nobili ignota esse non possunt. Attamen præfatus N. N. postposito respectu, quem Sacræ Regiæ Majestati debet, spretâque authoritate Jurisdictionis ejusdem & Judicii, posthabitis Pænis Juris, Legumque contra temerarios Evocantes severè statutis & Constitutionibus Regni sancitis, non veritus est N. ad Judicia N. ratione quasi &c. (*exprimatur status Causæ, pro qua evocatus est, & ponatur semper vel addatur acsi vel quasi*) frivolè & nulliter ad incompetentissimũ evocare Judicium, eoq; modo Jurisdictionem Regiam convellere Legesque publicas violare, Ratione Cujus Evocationis, Jurisdictionis Regiæ excessivæ violationis, Legum publicarũ præjudiciosissimæ Convulsionis, & causarũ causandarumq; Expensarũ, is idem Comparens N. N. iterum atq iterum protestatur, salvando Generoso Instigatori Regni actiones in Foro Fori instituendas, querimoniæ præsentis suffragio. Cujus augendi, minuendi, corrigendi, immutandi

pleno in robore ſibi reſervat facultatē.) Coram Actis authenticis Officii vel Judicii illius Caſtrenſis deponere.

Et porrectâ hâc in Copia parata Proteſtatione ad Acta ſupraſcripta, omninò in Termino ex Citatione incidenti vel perſonaliter, per Plenipotentem compareat.

Decretum Libertationis à Foro. Conſtitutio 1550. Anno 1611. Anno. 1633. Ao. Decretum Sigismundi Regis.

In quo Termino Vexans ſeu Evocans (obſtantibus Civitatum Prærogativis & Immunitatibus, nec non Conſtitutionibus Milleſimi Quingenteſimi Quinquageſimi, & Milleſimi ſexcenteſimi undecimi, Milleſimi ſexcenteſimi Trigeſimi Tertii annorum, Decretisque Regiis Sigismundi & aliorum Sereniſſimorum Regum, quibus mediantibus ſuper Evocante Pæna Quingentarum Marcarum Polonicalium & Seſſio Turrica per duodecim ſeptimanas continuanda decreta eſt, aliisque tam antiquis, quàm recentiſſimis in Caſtro præſenti præjudicatis:) cum ſuis

illatis

illatis rationibus minimè auditur, ſed E-vocatus ex Juribus ſupraſcriptis à Foro & Citatione deſuper data liberatur.

Si verò Evocans ab eadem ſententia moverit, Judicium eandem motionem, ubi de Jure venerit, admittit. Proteſtantibus utrisque Partibus maximè Evocatâ pro contraventione Conſtitutionum Regni Decretorum, & temeræ vexæ & de litis expenſis.

Notandum. Quòd Evocatus ſeu Magiſtratus, cui ſubeſt, inhærendo præmiſſis Juribus ſuis Civitatenſibus & Legibus, atque Proteſtationi interpoſitæ Evocantem ad Comitia Regni Generalia proximè & immediatè præmiſſum Proceſſum ſequentia pro Pænis Legum citare Citatione ſequenti.

Citatio ſeu Mandatum pro Comitiis nomine Evocationis.

Joannes Tertius DEI Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſoviæ, Samogitiæ, Kiioviæ Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenſciæ, Severiæ, Czernichoviæque,

Tibi N. N. de Perſona, Cauſa infraſcripta ac Bonis tuis generaliter omnibus mandamus. Ut Coram Nobis, & Senatoribus Regni Lateri noſtro Aſſeſſuris in Comitiis Regni Generalibus Varſaviæ ſeu in quocunque alio loco priùs & proximiùs poſthac celebrandis ſexta Die poſt inchoationem eorundem Comitiorum (primâ tamen exclusâ) ſeu tum, dum & quando Cauſa præſens ex Regeſtro vocandarum Cauſarum publico ad judicandum inciderit, legitimèq; acclamata fuerit, perſonaliter & peremptoriè compareas. Ad inſtantiam Generoſi Inſtigatoris Regni ejusque Delatoris N. N. Qui Te inhærendo Proteſtationi ſuæ citat pro pænis Legum ex infraſcriptis attentatis Tuis demeritis pro eo. Quod licet Legibus Regni ſeveræ Pænæ contra Conſtitutionum Regni de non Evocandis Civibus noſtris Regalibus extra Forum Competens laudatarum Convulſores interpoſitæ ſint.

ſint. Tu tamen N. N. non attento rigore earundem Legum, poſtpoſitoque omni reſpectu auſus es ratione &c. (exprimatur ſuccus actionis, ad quam evocavit, præmiſſis *Quaſi* & *Acſi* obſervatis) in Convulſionem Conſtitutionum præfatarum Jurisdictionisque noſtræ Regiæ, præfatum N. N. Delatorem Civem noſtrum Lege Publicâ Jurisdictioni tantum Civili & noſtræ Regiæ ſubjectum ad Judicium N. citare & evocare, in eodemque Judicio ſuper Delatore Cauſam proponere, vel (ſi evocatus non comparuit & in Contumaciam ejus Bannitionem cum publicatione in Foro exotico Evocans obtinuit:) Lucrum aut Pœnam Bannitionis cum ejus publicatione obtinere prout defacto eundem extra Forum competens evocâſti, Conſtitutiones Regni convulſiſti, Pœnas Legum incurriſti. Pro quibus ſuper Te decernendis, irrogandis & extendendis, ac inſimul ad videndum & audiendum

Delatorem dicto Evocatorio Processu exonerari, Decretum vel Decreta cum toto antecedenti & subsequenti Processu cassari. Te verò in damnis & Litis expensis condemnari: Delatorem verò circa Forum competens conservari. Cætera demùm pro Juris, Causæ, & Termini exigentia contra vos statui & sententiari. Citaris, sis ad præmissa pariturus & terminum attentaturus. Datum Varsaviæ, vel Grodnæ &c.

In Termino itaque ex præinserta Citatione incidente Evocans Pænis juxta obloquentiam Statutorum & Constitutionum Regni graviùs punitur.

Exceptio Contra Judicem.

Hæc rariùs practicatur, nisi cum publicè & palam favorabilis & suspiciosus Judex aliæque Exceptiones aut rariores, aut plures non dantur.

Informatio. Cùm verò Pars Conventa Exceptionibus

nibus præmiſſis vel earum beneficio uti non poſſit, concurrere poteſt ad Limitationem vel varias Dilationes.

Limitatio

Ea eſt. Cum ex conſenſu Partium ambarum, videlicet tam Actoreæ, quàm Citatæ, Cauſa & Actio intentata vel inſtituta (ob ſpem amicabilis inter ſe ineundæ Compoſitionis & Complanationis:) limitatur, & hæc Limitatio prorogari poteſt ad Quatuor ſeptimanas, id eſt ad proxima & ſequentia Judicia, aliquando ad Octo, ad duodecim ſeptimanas. Si in id Partes conſenſerint.

Dilatio

Hæc provenit ex favore & reſpectu Judicii & eſt multiplex ac multifaria. Vel enim veræ & à DEO permiſſæ Infirmitatis. Ad exemplum. Si nomine Citati Abſentis aliquis coram Judicio depo- *Dilatio Infirmitatis.*

 nat,

nat, eundem esse valetudinarium, Lectoque ægritudinis decumbere, adeòque in Termino comparere minimè posse. Quam tamen depositionem & allegationem in proximis Judiciis Citatus ita excusatus tenetur Juramento in eam Rotham: se eo planè tempore, quo Terminus incidebat comparendi, vel pro eodem tempore proficiscendi, ægrotum & imbecillem fuisse & nullatenus comparere potuisse, DEO & sancta JESU CHRISTI Filii ejus passione ita illum adjuvante:) si Pars urserit & non indulserit comprobare. Vel si Actio ad Jnscriptionem debitoream ventilatur. Dilatio deducendæ aut producendæ Quietationis de præfata Inscriptione, aut summæ persolutæ, pro qua citatus est. Teneturque juxta eandem sibi concessam dilationem in proximis Judiciis producere suprafatam Quietationem vel in defectu non productionis decernitur solutio, vel in duabus

Rotha Juramenti super verâ infirmitate.

Dilatio producendæ Quietationis.

bus ab Actu Decreti ſeptimanis, vel etiam in inſtanti ſub Pæna Bannitionis, quæ Decernitur, Additur, Remittitur.

Vel ſi ad Inſcriptionem officioſam Dilatio ad munimenta & Documenta Inſcriptioni, ad quam agitur contraria, quæ Dilatio conceditur itidem tantum ad proxima Judicia. *Dilatio ad munimenta.*

Vel Dilatio Exemptûs, quæ conceditur Citato tum temporis, cùm publica Provinciæ vel Regni ad Comitia Commiſſiones & horum ſimiles actus fungitur Ablegatione. Quâ ſtante, Actio nullatenùs contra eundem inſtituta moveri vel proſequi poterit, ſed Actio integra cum ſuo effectu ad adventum vel poſt Relationem ratione præmiſſæ Ablegationis factam differtur & ſuſpenditur. *Dilatio vel Beneficium Exemptûs.*

Vel Dilatio Inquiſitionis (plures Dilationes rariores.) Quâ datâ & à Judicio conceſſa, tam Actori quàm Citato, tenentur utrique, Teſtes ſuos ad deponendum *Dilatio Inquiſitionis.*

Teſtimonium adcitare (aliàs Teſtis non admitteretur) Citatione tali vel ſimili.

Citatio Teſtibus danda.

Titulus Palatini.

Tibi N. N. de Bonis tuis generaliter omnibus Vigore Regio & Noſtro ex officio mandamus, ut in Judiciis noſtris Palatinalibus Pomeranienſibus Cauſarum Officii priùs & proximiùs ab hinc in Caſtro Skarſzevienſi celebrandis, perſonaliter & peremptoriè compareas ad inſtantiam N. N. Actoris. Qui te citat ad deponendum Fidele veritatis teſtimonium, Qualiter ſcis, tibique conſtat, (exprimatur meritum Actionis) vel prout tibi fuſiùs Interrogatoria in termino advenienti proponentur. Citaris, ſis pariturus & Judicialiter reſponſurus. Datum in Caſtro Skarſzevienſi, Die N. Menſis N. Anno &c.

Ad quam Citationem vel Citationes, ſi Teſtis aut Teſtes ita, ut præmiſſum eſt, Citati in Termino præfixo non comparuerint, punitur quivis Pæna Jure communi ſcripta.

Qui-

Quibus Teſtibus Citatis tenetur Actor Citatum, & Citatus Actorē extraordinariè citare ad attentandam Inquiſitionem Citatione tali. *Informatio.*

Titulus Palatini.

Tibi N. N. de Bonis tuis generaliter omnibus &c. (ſcribe ex præcedentibus Citationibus ad verba compareas.) Ad instantiam N. N. Actoris. Qui te citat ideò. Quatenùs Tu Inquiſitionem per Teſtes fide dignos, & ejus Cauſæ, pro qua res eſt & vertitur, benè gnaros deducendam attentes. Citaris, ſis pariturus & Judicialiter reſponſurus. Datum in Caſtro Skarſzevienſi, Die N. Menſis N. Anno. N. *Citatio ad attentandum.*

Quibus præmiſſis curet ſe Actor induci in Regeſtrum, quod vocatur *Scrutiniorum* ſingilatim contra eum, cum quo vel contra quem agit ſub titulo Regeſtri, ad attentandum, ſingilatim verò contra Teſtes ſub Titulo ad deponendum. *Informatio.*

Cùm autem tempus ſuaſerit in Hoſpitio

tio superioris Judicis, qui est vice-Palatinus, curat Judicium acclamare per Ministerialem sibi adstantem tàm Partes, quàm Testes. Qui juxta Interrogatoria à Patronis Partium porrecta testantur. Quorum Testimonia Notarius Castrensis notat accuratè, & connotata apud se detinet, nec ulli Parti extradit, tamdiù quoad Causa Eorum, qui induxerunt Testes, non inciderit, disjudicataque fuerit, tùm primum à lata Sententia Appellantibus Partibus, vel una earundem Appellante, Notarius præfatas Inquisitiones ita, ut præmissum est connotatas, ambabus extradit Partibus, sed in Occluso Rotulo.

Exceptiones contra Testes.

Advertendum. Quod Exceptiones contra Testes ita ut & in aliis subselliis videlicet Civitatensi, aut spirituali currant, ad exemplum contra Surdum; ejusdem facti, pro quo res agitur Complicem, Cooperatorem, Subordinatorem, Consiliatorem, &c. &c. vel contra eum, qui Literas

ras ad Partem, in cujus ſavorem teſtatur, ſe ita vel ita velle teſtari ſcripſerit, vel aliis ex rationibus juxta exigentiam Cauſæ illatis & allegatis.

Teſtes autem omninò Teſtimonia ſua Juramento corporali Rotha conſveta comprobare tenentur. *Teſtium Comproba-tio.*

Quibus inductis Teſtibus infert ſe in Regeſtrum Pars vel Partes & vocata Cauſâ jam non diſceptatur, ſed præmiſſo priùs Partium ambarum, qui Teſtes induxerunt, Juramento Corporali in eam Rothã (Ja *vel* My przyſięgamy Panu Bogu wſzechmogącemu w Troycy Swiętey Jedynemu. Iz tych Swiadkow ktorych tu prowadzim, abo prowadziliſmy, zadnym nieprzyzwoitym ſpoſobem, to jeſt abo podarunkiem abo namową do oddania fałszywego Swiadectwa nie przenaięliſmy, abo namowiliſmy, abo nie przenaiąłem, y namowiłem, tak nąm vel mi Panie Boze dopomoż y męka jego przenayſwiętſza:) *Informa-tio.* *Juramentum Partium ſuper non incorruptos Teſtes.*

H Judex

Judex per Ministerialem adstantes alias Partes recedere demandat, quarum recessu facto, Inquisitiones præmissas connotatas legit, trutinat, illisque lectis ac perpensis pro exigentia Causæ definitivè sententiat.

A Qua sententia si Pars gravata moverit, defertur in Quatuor septimanis, & conservatur in Judiciis Tribunalitiis Regni Petricoviensibus Terminus ex Regestro Causæ Competenti peremptorius.

Conservatio Termini ex Appellatione.

Quâ pendente Appellatione ante omnia tàm Appellans, quàm Appellatus Controversias intra triduum à die latæ sententiæ computando ad Acta adferre tenentur, ut Decreto Appellationis annectantur propter majorem Subsellii illius, ad quod appellatum est in Causa, pro qua res est, informationem. Hæ Controversiæ sunt similes normæ Rationum Appellationis, quæ dantur in Iure Civili.

Controversiæ in triduo porrigendæ.

Itaque excerpto authentico Decreti, à quo

Informatio

quo appellatũ eſt unà cum Controverſiis ibidem annexis, neceſſum eſt, ut ambæ Partes Plenipotentiam pro Patronis in illo, ad quod moverunt ſubſellio, patrocinantibus & degentibus perſonaliter Acta accedentes recognoſcant. Quæ plerumque ingroſſata extraditur ex Actis Forma ſequenti.

Forma Cancellariæ circa Plenipotentiam extradendam.

Coram Officio & Actis præſentibus Palatinalibus Pomeranienſibus Caſtrenſibus Skarſzevienſibus comparens perſonaliter N. N. recedendo à Foro ſuo quovis proprio & ſibi competenti, huic autem Jurisdictioni Palatinali Pomeranienſi Caſtrenſi Skarſzevienſi, Juri & Jurisdictioni, quoad hunc ſolum actum illiuſve effectus reſpectum attinet, totaliter ſe ſe cum Bonis ac Succeſſoribus ſuis incorporando & inviſcerando, mente & corpore ſanus exiſtens, palàm, ultrò, ac benevolè recognovit. Quia ipſe ad omnes & ſingulas Cauſas & Actiones Judiciarias, cum qui-

busvis Personis, ratione quarumcunque rerum, prætensionum in omni Judicio & Officio Regni Majoris vel minoris subsellii habitas & habendas, institutas vel instituendas, agitatas vel agitandas, & in quovis Juris gradu pendentes, in suum verum, legitimum, ac indubitatum Plenipotentem vel Plenipotentes N. N. N. N. eligit, inscribit & Actu præsenti ordinat. Dans & concedens eisdem Plenipotentibus suis plenariam & omnimodam facultatem, absolutamve potestatem, nomine sui ibidem in præfato Subsellio comparendi, Causam vel Causas suas in præfatis Judiciis Jure tutandi ac defendendi promovendique, Juramẽta exigendi, Causam arrestandi, Pænas Judiciales levandi, de levatis quietandi, Arresta super summas pecuniarias imponendi, imposita relaxandi, Intromissionem in Pœnis Judicialibus offerendi, aliaque quæ legitimos Plenipotentes concernunt exequendi, alios in locum sui Plenipotentes substituendi

ſubſtitutos rursùs revocandi. Promittens ſe ſe quidquid per prædictos Plenipotentes ſive eorum ſubſtitutos actum geſtumve in Cauſa & Cauſis ſuis fuerit, pro rato & grato ſuſcepturum ac inviolabiliter obſervaturum hac ſuâ perſonali recognitione in præmiſſis omnibus mediante. Quâ recognitâ Plenipotentiâ & ex Actis excerpta, tenentur ſuprаſcriptæ Partes Originale mittere ad Patronos ibidem expreſſos.

Notandum. Quod à levi Acceſſorio moventi non deferatur Appellatio vetante Novellâ. Aliquando etiam poſt cognitionem negotii Principalis & à ſententia definitiva potiſſimùm. Si Actio ad Inſcriptionem obligatoriam, quâ Debitor omnibus beneficiis Juris etiam ipſa Appellatione, vel ejus Proſecutione renuntiavit; Et hoc fit tum temporis; dùm Debitor ¦ dat Creditori Chartam Blancam, in qua Creditori ſcribit Ligamenta

de Jure firmissima & amplissima præcludendo debitori ad quævis Juris diffugia viã, ideòq; ob præmissas Clausulas nulla datur motio, sed vel in instanti vel in proximis Judiciis Creditori (si Debitum negaverit Debitor) obligationem præfatam manualem illam esse realem & illegitimam comprobare Judex mandat. Poterit autem Debitor si voluerit, in casu denegatæ sibi Appellationis, protestari de prosequenda eadem sua Appellatione denegata.

Eidemque inhærendo Protestationi, binas Originales per Ministerialem (absque Nobilibus) procuret exportandas Citationes, quæ scribantur in Membranis Terrestribus. Quarum una Citatio Originalis ponatur in Cancellaria, altera deferatur ad Bona Actoris negotii Principalis. Formentur autem Forma tali: Joannes Tertius DEI Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, *Prussiæ*, Masoviæ, Samogitiæ, Kiioviæ, Volhyniæ

Forma Prosecutionum.

niæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czernichoviæque. Vobis, N. N. N. N. tanquam Causæ infrascriptæ Judicibus ex Officio, atque N. N. uti Parti adhærenti de Personis ac Bonis Vestris generaliter omnibus mandamus, ut in Judiciis Nostris Ordinariis Generalibus Tribunalis Regni Petricoviensibus, à positione præsentis Citationis rectè in quatuor septimanis seu tùm, dùm & quando Causa præsens ex Regestro Causæ huic competenti ad judicandum vocata inciderit, personaliter & peremptoriè compareatis. Ad instantiam Generosi Instigatoris Regni ejusque Delatoris. N. N. Actoris Prosecutionum. Qui vos, præsertim verò Te Pars adhærens inhærendo Protestationi suæ de prosequenda circa definitivam Sententiam impositæ & factæ, citat ad videndum & audiendum, appellationem suam à Decreto Judicii vestri in Causa & Actione Judiciaria (exprimatur status Causæ & Acti-

onis) lato interpoſitam, ad importunam verò Tui pars adhærens inſtantiam & ſiniſtram informationem denegatam, admiſſibilem & proſequibilem eſſe authoritate Judicii noſtri adinveniri. Te verò ratione ſiniſtræ delationis & malæ informationis Pænis arbitrariis puniri, Decretum in tui favorem latum caſſari, in damnisque & litis expenſis condemnari, & cætera pro Cauſæ exigentia ſtatui & ſententiari. Citamini, ſitis parituri & Judicialiter reſponſuri. Datum Petricoviæ &c. &c. &c.

Informatio. Quarum Exportatarum ſupraſcriptarū Citationum Relatione factâ Proſequens coram Actis conſtituit Plenipotentes vel Patronos ſimili Formâ & methodo, prout ſupra ingroſſatum eſt. Et tenetur Proſecutionum Citatus & negotii Principalis Actor omninò Forum Proſequentis ſequi: nam abſente illo ad ſiniſtram Proſequentis Delationem in Contumaciam admiſ-

admiſſibili & proſequibili Appellatione adinventa Retractationem ſententiæ in prima inſtantia latæ & Pœnas quæ conſtant ni Marcis & Lucris ac refuſione Expenſarum vel poſtremò in vim Lucri obtinet quod affectat.

Lucrum Proſequentis ſuper Proſecuto, non comparente.

Et non proceditur ultra in Judiciis Querelarum ſeu Cauſarum officii, ſed ſi Approbatio Decreti Caſtrenſis Skarſzevienſis ex ſeriis Partium Controverſiis ſteterit in Judicio Tribunalitio Regni Petricovienſi, Jurevincens Decretum in ſui Partem latum approbatorium (deſumpto Authentico) porrigit ad Acta pro ingroſſando, quo ingroſſato, tenetur denuò cum eodem Decreto adire Palatinum ut de Brachio ſui per Officiales Caſtrenſes illud exequi demandet.

Informatio.

Cujus inſtantiæ annuens Palatinus Literas Univerſales pro convocanda ad Executionem eandem Nobilitate Diſtrictus illius Cui Bona Jurevicti ſubſunt extra-

tradere mandat. Quarum Forma similis illi priori circa Executionem Burgrabii appositæ.

Informatio. Præmissis itaque Literis Suprascriptis Universalibus, tenetur omnino Nobilitas Districtus illius pro die, & in loco Literis suprascriptis expresso confluere, si verò quis non advenerit, vel nomine sui quempiam miserit, de eo vero Judicio delatus fuerit punitur. Pœna ut supradictum est Jure Communi descripta.

Pæna super absente Nobile.

Executio. In Executione verò disceptantibus Partibus vel Patronis earum Officiales Castrenses, qui Sunt Vice Palatinus Pomeraniæ cum Notario Castrensi, vel non intrando in cognitionem Jurium quæ Officio ipsorum non competit, vel obstantibus Reformatorio Advitalitio Juribus &c. vel alia quavis Inscriptione, Partes cum Causa ac toto ejus effectu remittit pro Judiciis Tribunalitiis, conservando. Terminum ex Regestro competenti ut supradictum est peremptorium. Quâ

Quâ ſtante Remiſsâ ſi Jurevictus non comparuerit, Terminoque in Remiſſa præfixo, & ex Regeſtro incidente non attenderit. Judicium illud in concurrentia Jurium (aliis de potioritate diſceptantibus, aliis ſe ſe Indicentibus) diſponentur tam Jurevincentem Principalem quam ſupraſcriptos Competitores & concurrentes ad Bona Jurevicti per Claſſes, pro Executione forti & finali per Officium Palatini, vel tria Palatinatuum id eſt Culmenſis Mariæburgenſis & Pomeraniæ Officia de Bonis Jure-Victi facienda remittit, & Partem Juri refractariam & temerariam in damnis, & Litis Expenſis, luitis Pœnis Bannitione poſtremò Infamia condemnat. Et hoc fit poſt tres aut plus temere per Jurevictum impugnatas Executiones.

Quibus ſtantibus Condemnationibus Jure-Victi omnes actus tam privatim quam officioſè facti vel conſcripti nulli-

tatis, ullumque valorem habere videntur nisi post intercessam de præmissis omnibus Quietationem. Si verò Compositionis & Relaxationis præmissarum Condemnationum media & modos non quæsierit. Jurevincens autem fortem & finalem Executionem urserit, resistere eidem Executioni aut impugnare Jure-Victo non suadetur, si verò restiterit non solùm Bona in quibus perducitur Executio, verùm & Vita ejus minimè secura.

Advertendum. Quod stantibus illis præmissis Condemnationibus ante fortem & finalem Executionem per Jure-Vincentem in Judiciis Tribunalitiis Regni Petricoviensibus obtentam Jurevictus unicum tantum habere videatur refugium, videlicet ut procuret sibi Salvum Conductum à sacra Regia Majestate qui formari potest Forma sequenti.

Joannes Tertius, DEI gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ,

Pru-

Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kiioviæ, Volhyniæ, *Podoliæ Podlachiæ*, Livoniæ, Smolensciæ Severiæ, Czernichoviæque. *Salvus Conductus.*

Significamus præsentibus Literis nostris quorum interest universis & singulis. Expositum Nobis est Generosum N. N. eundem in Judiciis Ordinariis Generalibus Tribunalis Regni Petricoviensibus Die N. Anno N. in Causa & Actione Judiciaria cum Generoso N. N. ratione quasi &c. (hic exprimatur Actio pro-qua res est, & succus totius *Processus*) in *Pœnis* Bannitionum perpetuatum aliisque &c. &c. condemnatum, & publicatum, proclamatumque esse. Quarè supplicatum est Nobis nomine ejusdem Generosi N. N. ut eundem in protectionem nostram Regiam accipere, illique salvumConductum nostrum Regium ad sistendam in Bonis ejus Executionem & ad Jure agendum vincendumque cum præfato N. N. deducendumque totus

processus super Persona ac Bonis suis perducti nullitatem & illegalitatem dare & concedere dignaremur. Nos post propositam coram nobis & Senatûs Consilio eandem Causam, eo attento (ponatur ratio legitima pro parte supplicantis) Quibus stantibus rationibus Decretum super Jure victo latum, vim Rei Judicatæ obtinere non poterit Causaque omninò in integrum restitui debebit. Idcircò ex præmissis & aliis rationibus coram Nobis & Senatoribus Lateri nostro assidentibus expositis, & Coram Judicio Tribunalitio Regni seu aliis quibusvis Judiciis & subselliis exponendis eundem Generosum N. N. ex Consilio Senatûs in protectionem nostram Regiam accipiendum, eidemque Salvum Conductum nostrum Regium ad Jure contra Generosum N. N. agendum, nullitatemque Processûs deducendum dandum & concedendum esse duximus, damusque & concedimus

præ-

præſentibus ad ſpatium N. (id eſt vel duodecim ſeptimanarum plus vel minus) à publicatione præſentium computando. Quo quidem ſalvo Cconductu Noſtro Regio is idem Generoſus N. N. munitus, tutò, ſecurè & liberò in Regno & Dominiis Noſtris verſari, negotia ſua quævis licita & honeſta peragere, coram quibusvis Judiciorum & Officiorum ſubſelliis ſtare, comparere, & reſpondere, Cauſam & Cauſas ſuas defendere, Actus Juridicos exercere, & perficere poterit, Perſonâ ac Bonis ejus ſub hac noſtra protectione ſalvis manentibus. Jta tamen ut & ipſe ſe quoq; modeſtè gerat, neque rixarũ & Contentionum occaſionem det, beneficioque hoc noſtro non abutatur de maleque contra ſe obtento Proceſſu quam primum jure agat. Quod omnibus quorum intereſt præſertim verò Capitaneis noſtris, locorum quorumvis, vel eorum Loca tenentibus notum eſſe volentes

man-

mandamus, ut has salvi Conductus Nostri Literas in Acta sua inscribi & voce Ministerialis Regni Generalis publicari faciant, easque & ipsi observent, & ab omnibus observari curent pro gratia Nostra Regia & sub Pœnis in violatores salvi Conductus Nostri Literarum sancitis. In cujus rei fidem. &c. &c. &c.

Plura de præmissis omnibus annotanda videntur minus necessaria Nunc autem præmissis conscriptis ad Citationes & eorum Formas quomodo? & qualiter in variis Causis ad Judicium suprascriptum formari debeant, denuò ad Lucra quomodo Absentes condemnentur procedere visum est. Et quidem primo.

In Causis Statuitionum.

Informatio in Causis statuitionum.

Si quispiam subditum alienæ Jurisdictioni subjectum citare voluerit pro patrato aliquo in fundo suo aut alibi excessu sui vel subditi sui Personam aut aliorum

rum tangente, tenetur læſus, Dominum illius Subditi exceſſivi hæreditarium citare (vel ſi plures Succeſſores ad eadem Bona, in quibus extat Exceſſivus, omnes in Citatione, aliàs exciperetur Terminus, exprimantur:) ut eundem Subditum exceſſivum in proximis Judiciis pro ſumendis pœnis de ipſo ſtatuat vel ſtatuant. Quæ Citatio formetur taliter.

Titulus Palatini.

Tibi vel Vobis N. N. de Bonis tuis generaliter omnibus vigore Regio & noſtro ex Officio mandamus, ut in Judiciis noſtris Palatinalibus Pomeranienſibus Cauſarum Officii priùs & proximiùs abhinc in Caſtro Skarſzevienſi celebrandis perſonaliter & peremptoriè compareas vel compareatis ad inſtantiam Inſtigatoris Judicii Noſtri ejusque Delatoris N. N. Actoris. Qui te vel vos inhærendo Proteſtationi & obductioni ſuis citat ideò. Quatenus Tu vel vos Honeſtum vel La-

Citatio pro ſtatuitione ſubditi exceſſivi.

boriosum. N. N. præsenti Citatione apud Te vel Vos arrestatum hominem insolentem & excessivum pro sumendis de ipso Pænis ex eo demeritis. Quia ipse nullâ habitâ status sui rusticalis ratione ausus est & præsumpsit (exprimatur Excessus) coram Judicio nostro statuas vel in defectu statuitionis pro ipso respondeas vel respondeatis. Citaris vel Citamini, sis vel sitis parituri & Judicialiter responsurus vel responsuri. Datum in Castro Skarszeviensi die N. mensis N. Anno N.

Si verò pro Statuitione & Extraditione Subditi, quē Actor suum esse prætendit, tali conveniatur Citatione.

Titulus Palatini.

Citatio pro Extraditione Subditi.

Tibi vel Vobis N. N. de Bonis tuis generaliter omnibus vigore Regio & nostro ex Officio mandamus, ut &c. &c. &c. (ponatur Forma prioris Citationis usque ad verba compareas.) Ad instantiam Instigatoris Judicii Nostri & N. N. Actoris.

Qui

Qui te citat ideò. Quatenus Tu Laboriosum N.N. Subditum de villa sua N. nativum, (si habuerit ille Subditus uxorem & Liberos,) unà cum uxore & Liberis ac tota suppellectili domestica præsenti Citatione apud Te arrestatum coram Judicio nostro statuas & post statuitionem eundem Actori extradas. Citaris, sis pariturus & Judicialiter responsurus. Datum in Castro Skarszeviensi Die N. Mensis N. anno N.

Si pro extraditione Subditi profugi, præveniatur detinens Citationis forma sequenti.

Titulus Palatini.

Tibi N. N. de Bonis tuis generaliter omnibus &c. (scribe ex præcedenti forma usq; ad compareas) Ad instantiam Instigatoris Judicii Nostri & N. N. Actoris, Qui te inhærendo Laudo Sredensi de subditis profugis sancito citat pro Pæna Du-

Citatio pro Pæna 200. marcarum Polonicalium & extraditione Subditi profugi.

 cen-

centarum Marcarum Polonicalium per Te ex eo ſuccubita. Quia tu contraveniendo eidem Laudo Subditum Actoris profugum & in Bonis tuis degentem detines & extradere ad multas Actoris requiſitiones non vis, ſed recuſas. Quare pro præfata Ducentarum Marcarum Polonicalium, nihilominus ut rei principali ſatisfacias & Subditum, pro quo res eſt, profugum ſtatuas & ſub Pæna Bannitionis extradas. Citaris, ſis pariturus & Judicialiter reſponſurus. Datum in Caſtro Skarſzevienſi Die N. menſis N. Anno N.

Termino itaque adlapſo, Clamatoque ex Regeſtro Peremptoriarum Cauſarum Citato, ſi non comparendo vel Exceſſivum, vel Subditum, quem Actor ſuum eſſe prætenderit, vel profugum, quem detinet, non ſtatuerit, decernitur in Contumaciam Lucrum, quod notatur à Notario ut ſupradictum eſt, à Tergo Copiæ Citationis per Patronum Cauſæ porrectæ.

Vel

Vel Lucrum statuitionis Subditi excessivi, pro quo res est, idque in instanti sub Pœna Bannitionis quæ D. A. R. super statuendo verò Pœna Infamiæ & Colli. *Lucrum statuitionis Excessivi.*

Vel. Lucrum statuitionis & extraditionis Subditi pro quo res est, in instanti sub Pœna Bannitionis, quæ D. A. R. *Lucrum extraditionis Subditi.*

Vel. Lucrum statuitionis & extraditionis subditi Profugi & solutionis Ducentarum Marcarum Polonicalium in instanti sub Pœna Bannitionis, quæ D. A. R. *Lucrum statuitionis Profugi.*

Qui omnes taliter in Lucro Condemnati post finita Judicia per Ministerialem Regni Generalem à Judicio deputatum, ita ut suprascriptum est, ante Castrum publicantur. *Informatio.*

Comparet verò Citatus & statuit Excessivum, Liber pronuntiatur, jam verò contra statutum dirigitur actio; si autem onus Excessivi in se Hæres vel Possessor assumpserit, semper pro illo respondere, & Judicatum pati tenebitur. Vel si statuerit Subditum Actoris, vel profu-

gum, disceptatur ante omnia de proprietate Subditi, quemnam specialiter Subditus ille, pro quo instituta Actio, concernat: Ubi datur dilatio Inquisitionis ad proxima probandi Testibus per Partem utramque Subditi proprietatem & qui probaverit, ei per sententiam adjudicatur, Parsque tam detinens, quàm injustè prætendens Luitâ vel Quatuordecim vel trium Marcarum Polonicalium Parti & Judicio totidem Judicio quidem sub Pæna Bannitionis inter Terminos tactos publicanda, Parti verò sub duplici Pæna in instanti solvenda punitur. Quibus præmissis in Causis statuitionum Citationibus ad alias in variis Causis ad Judicium præfatum Querelarum seu Causarum Officii spectantibus formandas Citationes descendere visum est. Et quidem.

Ad Inscriptiones Officiosas.

Inscriptio Ad quas ille citatur, qui Inscriptione pluri-

pluribus vel una tali (coram Officio & Actis præſentibus Palatinalibus Pomeranienſibus Caſtrenſibus Skarſzevienſibus comparens perſonaliter N. N. Foro ſuo quovis proprio & ſibi competenti omiſſo, huic autem Palatinali Pomeranienſi Caſtrenſi Skarſzevienſi Juri & Jurisdictioni ſe ſe totaliter cum Bonis ac Succeſſoribus ſuis incorporando, inviſcerando & ſubiiciendo, mente corporeque ſanus exiſtens palàm, ultrò, ac benevolè recognovit. Quia ipſe in & de Bonis ſuis generaliter omnibus mobilibus & immobilibus ſummam N. Florenorum Polonicalium Monetæ in Terris Pruſſiæ currentis, puri, veri, certi, & liquidi Debiti N. N. ac ejus Succeſſoribus debet ac tenebitur. Quam ſummam unà cum Proviſionibus per ſex à Centum computando quotannis eidem N. N. pro Feſto Natalis S. Joannis Baptiſtæ vel &c. &c. ſuis cum Succeſſoribus ſoluturum ſe ſubmittit & obligat

Officioſa Debitorea.

gat

gat idque ſub vadio ſimilis ſummæ N. Florenorum Polonicalium liberè præſentibus in ſe ac Bona ſua Succeſſoresque ſuos aſſumpto & impoſito. Pro quo quidem vadio in Cauſa non ſatisfactionis præmiſſorum, quoties te prænominatus Recognoſcens Debitor ſuis cum Succeſſoribus citare permiſerit, in primo tanquam peremptorio Citationis termino, quem ſibi ac ſuis Succeſſoribus conſtituit peremptorium ſtare, Juri parere, reſpondere, vadium ſupraſcriptum non recedendo à Judicio illo vel Officio, ad quod citabitur, reponere, quo repoſito nihilominus rei principali videlicet, Jnſcriptioni præſenti tam in toto, quàm in quavis ejus minima parte ſatisfacere. Decretum Judicii ſeu Officii, totumque ſubſequentem Proceſſum Juris usque ad finalem deciſionem pati ac ferre debebit Succeſſoresque ſui tenebuntur. Omnibus Controverſiis, Exceptionibus, dilationibus, Prote-

ſtati-

ſtationibus, Evaſionibus, motionibus, appellationibus, earumque proſecutionibus aliisque remediis Juris in genere omnibus, Legalibusque impedimentis de Jure conceſſibilibus, Coloribusque & diverticulis quibusvis mente & ingenio humano excogitandis & adinveniendis procul repulſis, & iisdem penitùs cum Succeſſoribus ſuis abrenunciando, nullos denique defectus Inſcriptioni præſenti, ac ne toti eam ſubſequenti Proceſſui Judiciario ſub ſuæ ſuorumq; Succeſſorum integræ Cauſæ amiſſione, nulla Terreſtri præſcriptione in præmiſſis minimè obſtante. Hac ſuâ perſonali Recognitione ad id accedente) ſoluturum ſe ſubmiſerit, & nec ſummam nec Proviſiones ſolverit, præveniatur Citatione tali.

Titulus Palatini.

Tibi N. N. de Bonis tuis generaliter omnibus vigore Regio & noſtro ex Offi- *Citatio ad Inſcriptionem Officioſam.*

 cio

cio mandamus, ut in Judiciis noſtris Palatinalibus Pomeranienſibus Cauſarum Officii priùs & proximiùs abhinc in Caſtro Skarſzevienſi celebrandis, perſonaliter & peremptoriè compareas. Ad inſtantiam N. N. Actoris. Qui te citat juxta et ad Inſcriptionem tuam Officioſam, per Te coram Actis Caſtrenſibus Skarſzevienſibus Feria &c. Anno N. recognitam. Qua mediante inſcripſiſti te, & obligâſti ſummam N. Florenorum Polonicalium Monetæ Pruthenicæ, unâ cum Proviſionibus ſex quotannis à Centum computando Florenos, pro tempore eadem Inſcriptione comprehenſo, et jam pridem præterito coram iisdem Actis ad manualem vel Officioſam Quietationem Actoris exolvere, eidemque Inſcriptioni tam in toto, quàm in quavis minima ejus parte ſatisfacere. Cui Inſcriptioni ac ejus obloquentibus fuſiùs ligamentis contraveniſti; ſiquidem ſummam licet multoties de-

ſuper

ſuper requiſitus nec exolviſti nec exolvere vis, & recuſas, quâ tali renitentiâ vadiũ in eadem Inſcriptione expreſſum incurriſti. Pro quo ſuper Te ac Bonis Tuis decernendo unà cum ſatisfactione rei principali præſentibus citaris. Sis pariturus & Judicialiter reſponſurus. Datum in Caſtro Skarſzevienſi Die N. Menſis N. Anno N. Acclamato Citato & non comparente obtinet Actor Lucrum videlicet in Contumaciam. *Informatio.*

Lucrum ſatisfactionis Inſcriptioni Officioſæ, pro qua res eſt, in inſtanti ſub vadio in eadem Inſcriptione expreſſo, quod D. A. R.

Comparenti verò datur Dilatio ad producenda munimenta Inſcriptioni contraria, vel Documenta irrealitatem Inſcriptionis edocentia &c. & conſervatur Terminus ad proxima vel in proximis Judiciis peremptorius. *Decretum.*

Et ſic ad omnes Inſcriptiones Officio-

 ſas

ſas videlicet Submiſſiones, Evictiones &c. &c. de quibus infra, formantur Citationes.

AD
INSCRIPTIONES MANUALES
VULGO
CHARTAS BLANCAS.

Informatio. SI quiſpiam Chartam Blancam, id eſt cum ſpatio vacuo, cum ſola tantùm in media phylura Debitoris ſubſcriptione & ſigilli appoſitione habuerit, curet ante omnia in illo ſpatio vacuo ſcribi Ligamenta talia.

Ja niżey podpiſany znam tym Skryptem moim, ktory takiey wagi miec chcę, jakoby przed Xięgami Grodzkiemi był zeznany, żem winien JM. Panu N. N. ſummę Złotych Polſkich N. Monety Pruſkiey, ktorą ſubmittuię ſię z ſukceſſorami memi temuz JMſci, abo ukazićielowi tey karty realiter & effectivè na Dzien N. Mieſiąca N. w Roku N. ſub vadio

dio ſimilis Summæ Złotych Polſkich N. monety Pruſkiey & Pæna Bannitionis. Oco gdybym ſię z Sukceſſorami memi dał pozywáć, przed kazdy Sąd, albo Urząd Województwa Pomorſkiego, na pierwſzym Terminie jako zawitym ſtanąc, y tam in Caſu Contraventionis Zakład nie odchodząc od Sądu in inſtanti una cum ſatisfactione rei principali to jeſt Zapłacenia ſummy wyżey mianowaney Złotych Polſkich N. una cum Intereſſis N. à Centum computando odłożyć obliguię ſię bez wſzelakich dilatij, Exceptij, appellatij, onych proſecutij, y innych prawnych rozumem ludzkim wymyſlonych Obron y wycieczek, ktorych ſię niniey ſzą Kartą całe wyrzekam. A jezelibym na ſobie Proceſs in Contumaciam dał przewodzić, wolno będzie Urzędowi Grodzkiemu Woiewodztwa Pomorſkiego Executią z Oſoby y Dobr moich wſzytkich na doſyc uczynienie zupełne

IM. Panu N. Kreditorowi memu abo jego successorom sprowadzić y czynić ktorey ja impugnować abo zbiiać, sub Pœna perpetuæ Bannitionis niechcę sed omnibus Juris remediis renuntio præsenti mea Subscriptione hæc omnia firmante. Naco dla lepszey wiary y wagi ręką własną przy pieczęći moiey podpisuie. Datum N. Dnia N. Miesiąca N. Roku Pańskiego N.

Rursùs conveniatur Debitor Citatione non multò dissimili à priori et quidem tali.

Titulus Palatini.

Citatio ad Inscriptionem manualem. Tibi N. N. de Bonis tuis generaliter omnibus &c. &c. &c. mandamus, ut &c. compareas. Ad instantiam N. N. Actoris. Qui te citat juxta & ad Inscriptionem tuam manualem Chyrographicam per Te Citatum sibi Actori super summam N. Florenorum Polonicalium monetæ in Terris Prussiæ currentis datam. Quâ mediante submisisti Te & obligâsti præfatam summam unâ cum provisione annua

nua N. à Centum computando pro die N. vel Feſto N. cum Succeſſoribus tuis ſoluturum. Cui Inſcriptioni vel ejus Ligamentis contravenisti: nam nec ſummam nec Proviſiones pro tempore ibidem expreſſo, & jam pridem præterito perſolviſti, nec perſolvere licet multoties ab Actore præmiſſorum ratione requiſitus vis, imò renuis ac temerè recuſas. Quâ tali Tuâ renitentiâ Vadium in præfata Inſcriptione appoſitum incurriſti; Pro quo ſuper Te ac Bonis Tuis decernendo nihilominus ut rei principali ſatisfacias & ſummam pro qua res eſt, in inſtanti unà cum Proviſionibus ſub Pæna Bannitionis exolvas. Citaris, ſis pariturus & Judicialiter reſponſurus. Datum in Caſtro Skarſzevienſi Die N. menſis. N. Anno N.

Vocato Citato & non comparente Actor in Contumaciam Citatum admittente Judicio condemnat in *Lucro* Pænæ Bannitionis: ſic enim celeriori procedit Paſſu

In Contumaciæ Lucrum.

Passu ad Jurevincendum. Si enim Citatus condemnaretur in Vadio, de novo Actor pro Pæna Quinquaginta, Centum postremò pro Pæna Bannitionis agere deberet, de quibus omnibus jam supradictum est.

Comparens verò nullum aliud habet beneficium (ut supra jam narratum est) absque Dilatione producendæ Quietationis, idque pro primis & proximis Causarum Officii Judiciis; si verò non produxerit in Termino advenienti (vel præmisso priùs per Partem Actoream easdem Membranas esse reales, DEO & sancta JESU CHRISTI Filii ejus Passione ita illum adjuvante Juramento, vel aliquando absque Juramento, cùm Debitor in primo termino statim agnovit Debitum:) decernitur solutio in instanti sub Pæna Bannitionis summæ, pro qua res est, unâ cum Provisionibus ab ea quotannis provenientibus.

Beneficium Juris.

Decretum.

Sunt

Sunt & aliæ Citationes vel Actiones ad hæcce Judicia Querelarum spectantes, quæ sunt ad Contractus Arendatorios, Obligatorios, pro exemptione vel Reemptione Bonorum; Ad levandam summam, quam sequitur Deoccupatio Bonorum. Tum demùm ad Decreta Tribunalitia vel Castrensia. *Informatio de aliis Citationibus.*

Quæ Actiones non instituuntur vel judicantur, nisi post Festum Natalis sancti Joannis Baptistæ, siquidem eo planè tempore Arendæ, Obligationes, & Tenutæ expirant, in Decretisque Tribunalitiis vel Castrensibus sæpiùs (si ratione summæ Dotalis, aut alicujus devolutæ successionis res est) solutio in & pro Crastino Natalis Sancti Joannis Baptistæ decernitur. Itaque primò. *Sady Swieto: Jańskie.*

Ad Contractus Arendatorios.

Antequam de Citationibus pro Contraventione Contractus Arendatorii aliquid *Informatio.*

quid annotabitur, Formam priùs, Clausulas, & Ligamenta hoc tempore practicabilia & observabilia, omninòque in Contractu ponenda & specificanda, exprimere visum est, ideò, ut quivis Arendator vel Tenutarius securiori fruatur Possessione. Forma autem ejusdem Contractus potest esse talis.

Między I Mścią Panem N. N. Dobr N. Dziedzicem z iedney, á I M. Panem N. N. z drugiey strony stał się Kontrakt, y nie odmienne postanowienie w ten niżey opiany sposob. Iz jako pomieniony I M. Pan N. N. Dobra swoie Dziedziczne Wsi N. w Woiewodztwie Pomorskim à Powiecie N. leżące, zewszytkiemi Dobr tych abo majętnośći przyległosciami, przynależytosciami, jako to Dworem, Budynkami, Polami, Rolami, Łąkami, Ogrodami, Sadami, Stawami, Ieziorami, Borami, Gaiami, Zeramy, Pastwiskami, Poddanemi utriusque sexus, Zasiewkami

tak

tak ozimemi jako y Jaremi, Bydłem, Inwentarzem ac omnibus in genere et singulis in ſpecie uſibus, fructibus, commodis & emolumentis generaliter omnibus, tak jako w ſobie pomienione Dobra teraz zoſtaią á graniciebus ad granicies y oraz ze wſzytkim ut præmiſſum eſt Dobr tych Inventazem ktory ſię do teraznieyſzego Kontraktu referować ma & in Fundo Bonorum accuratè ſpiſany bydz powinien, nic à nic ſobie abo Sukceſſorom ſwoim do pomienionych dobr prætenſyi, abo Prawa zoſtawuiąc y excipuiąc, y wſzem cum plano totalique Jure & titulo pomienionemn I M. Panu N. N. w Trzy letnią puſzca y powzdaie Arendę ac realem & actualem poſſeſſionem & uſum fructum. Ktorey Arendy czas á data præſentis Contractus in Anno præſenti N. poczynać ſię ma, a konczyć ſię in Anno N. eadem Die. Tak wzajem I M. Pan N. N. intuitu præfatæ Arendæ Triennalis vel &c. co Rok po złotych N.

Trzyletnia Arenda.

Summa Arendowa.

Summa Arendowa. Polſkich Monety Pruſkiey usque ad expirationem Contractus do rąk IM. Pana N. (mediante in Perſonam ſui manuali Quietatione oddawać powinien będzie. *Pobory.* Onera Reipublicæ jako to Pobory od Chłopow, powinien IM. Pan. N. N. Arendarz wybierać & in Theſaurum Provinciæ præviâ Quietatione inferre, Jeżeliby jednak Chłopi niewydali tego co powinni, á I M. co de proprio wydał, wolno mu to będzie w Arendę potrąćić, y z Arendowey ſummy zatrzymać. *Taca.* Tacę IM. Xdzu Plebanowi należytą podług Quitow dawnych oddawác præſenti Contractu obligatur. *Casus Fortuit.* Caſus Fortuitos jako to ſtrżeż Boże ognia Piorunowego, gradobicia, znacznego nievrodzaiu, okolicznego Moru Bydeł, y inne ktorekolwiek Prawo poſpolite przyimuie IM. Pan N. N. Arendarz ſobie zachowuie, y po takim ſtrzez Boże kazuſie we cztery niedziele awizować IM. Pana N. N. y tam

z ſpolne-

z ſpołnemi Przyiaciołmi za ſłuſzną defalką ugodzić ſubmittuią ſię. Na poſpolite ruſzenie y popiſy, jako y inne tym podobne okazye wyſyłać durante poſſeſſione ſua IM. Pan N. N. non obligatur. Poprawa Budymkow zaciągionym cudzym Rzemieśnikiem ktoraby ſię ſtała auiſato hærede & cum facultate ejus z Arendowey ſummy potrącić ſobie może. Opał wolny z Laſu do potrzeby Dworſkiey wolny IM. Panu Arendarzowi. Rumacyi przy Expiracyi Kontraktu Dwie niedziele czaſu pozwala IM. Pan N. N. Dziedzic IM. Panu N. N. Arendarzowi z wolnym Inventarza Dobr tych zazywaniem. A nadto IM. Pan N. N. IM. Panu N. N. ſubmittuie ſię y obliguie præſenti Contractu pomienionego IM. Pana N. N. ab omnibus generaliter impedimentis & impetitionibus durante eorum tueri, evincere, & eliberare. Ktory to Kontrakt y w nim opiſane ligamenta. ſtrony obiedwie ſobie ziyſcić y

Poſpolite Ruſzenie y Popiſy.

Reparatia.

Opał.

Rumatia.

 dotrzy-

dotrzymać obiecuią ſub Vadio ſimilis ſummæ annualis, o ktory iezeliby ktora ſtrona Kontraktowi ſprzećiwiająca vel Contractui in aliquo puncto non ſatisfaciens do ktoregokolwiek Sądu albo Urzędu Woiewodztwa Pomorſkiego zapozwać ſię dała na pierwſzym Terminie jako zawitym ſtanąc, Zakład non recedendo à Judicio unà cum ſatisfactione rei principali odłożyć, & omne Judicatum pati powinna będzie, bez wſzelakich dilacij, Excepcij Appellacij y ich proſekucij, Proteſtacij, Manifeſtacij, y innych wycieczek prawnych rozumem ludzkim wymyſlonych. Co dla lepſzey wagi, wiary y pewnośći ſtrony obiedwie przy pieczęciach ſwoich podpiſali ſię. Działo ſię we Wſi N. Dnia N. Mieſiąca N. Roku Panſkiego N.

Intromiſſio huic Contractui Arendatorio imponenda non adeò neceſſaria videtur, ſed in Contractibus Obligatoriis, Reſignatoriis &c. &c. omninò ſpecificanda.

Si verò ex Contrahentibus Puncto ali: quo ſuperiùs expreſſo contravenerit, conveniatur per Partem Contractum tenentem Citatione ſequenti. *Informatio.*

Titulus Palatini.

Tibi N. N. de Bonis tuis generaliter omnibus vigore Regio & Noſtro ex Officio mandamus. Ut in Judiciis noſtris Palatinalibus Pomeranienſibus Cauſarum Officij priùs & proximiùs abhinc in Caſtro Skarſzevienſi celebrandis perſonaliter & peremptoriè compareas. Ad inſtantiam N. N. Actoris. Qui te citat, juxta & ad Contractum Arendatorium inter ſe Actorem & Te Citatum die N. menſis N. anno N. intuitu Triennalis Bonorum Villæ N. Arendæ initum, ſeu potiùs Conditionem ejusdem Contractus ſic ſonantem (exprimatur Conditio Contractûs, cui contraventũ eſt) Cui Conditioni contraveniſti etenim &c. (ponantur contra *Citatio pro contraventione Contractûs.*

traventio) ex indeque vadium in eodem Contractu expressum incurristi, pro quo super Te ac Bonis Tuis decernendo, nihilominus ut rei principali satisfacias, præsentibus Citaris, sis pariturus & Judicialiter responsurus. Datum in Castro Skarszeviensi die N. Anno N.

Vocatis Partibus & non Comparente Citato obtinet Actor in Contumaciam

Lucrum satisfactionis Conditioni Contractûs, pro quo res est, idque in instanti sub Pœna Bannitionis, quæ D. A. R.

Decretum locationis Amicorum. Si verò comparuerit Terminumque attentaverit, decernitur Locatio Amicorum per Partes utrasque ad Locum seu Fundum Bonorum, pro quibus res est, conducendorum in duabus ab Actu Decreti septimanis, & ut Partes decisione eorundẽ Amicorum (parcendo ulterioribus sumptibus acquiescant) sententiatur.

Informatio. Post quod latum Decretum tenetur

Pars

Pars utraque ex Parte ſua conducere Amicos, qui præviis ſæpiſſimè Literis Innoteſcentialibus talibus.

Nos (exprimantur nomina Amicorum) Amici Decreto Caſtrenſi Skarſzevienſi ad revidendum & decidendum, &c. ratione (ponatur ſuccus actionis, pro qua agit Actor) deſignati & Deputati notum teſtatumque facimus, oblatum nobis eſſe Decretum Officii præfati Caſtrenſis Skarſzevienſis inter N. N. Actorem ab una & N. N. Citatum parte ab altera latum. Quo nobis injunctum eſt; Quatenus nos captato opportuno tempore & competenti extraditis Literis Innoteſcentiarum ad Partes, ad præfata Bona Villæ N. conveniremus, ibidemque mutuas inter Partem utramque in eodem Decreto expreſſas prætenſiones decideremus & componeremus. Decreto de præmiſſis latiori exiſtente. Quapropter Tibi N. mandamus, ut coram Nobis Die N menſis *Innoteſcentiæ.*

N N.

N. Anno præsenti in loco præfatorum Bonorum N. compareas. Ad instantiam præfati N. N. Actoris. Qui Te innotescendo citat ad videndũ & audiendũ Decretum illud Castrense Skarszeviense ad Executionẽ deduci, Testimonia Testiũ rei, pro qua agitur, benè gnarorum si opus fuerit Juramento Corporali excipi & connotari, ac quidquid ex iisdem Testimoniis vel re oculis subjecta per Nos compertum fuerit actoris læsionem vel prætensionem juxta contenta Citationis ex Decreti ejusdem Skarszeviensis præscriptum ratam adinveniri, discussisque rationibus Te ad satisfactionem Conditioni Contractûs, pro qua res est, mediante sententia nostra ultimaria stringi. Sis pariturus & Terminum attentaturus. Datum in Ædibus nostris Die N. mensis N. Anno præsenti N.) in Fundum Bonorum Arendatorum vel locatorum condescendunt, Die & tempore in præmissis Innotescentialibus expresso ibidemque exhibitis per Partem

utramque & ſibi porrectis Regeſtris, Inventariis, Contractu vel Conditione, cui contraventum eſt, rationes pro & contra illatas diligentiſſimè trutinãt, Teſtimonia Convocatis ſubditis excipiunt, diſcutiunt, accuratè connotant, ac tandem Parti contravenienti, ut vel in inſtanti vel in ſpatio duarum aut Quatuor ſeptimanarum Conditioni Contractûs, pro qua Conventa eſt, ſatisfaciat ſub Vadio in Contractu expreſſo injungunt.

Appellationi ab eodem Decreto non defertur, ſed in Caſu non ſatisfactionis Decretorũ tam Caſtrenſis, quàm Locatorum Amicorũ conſervatur Actori Terminus in proximis Judiciis pro præfato Vadio & Pæna arbitraria ex temeraria Decretorum poſtpoſitione demerita & per Judicium ſeu Officium Caſtrenſe extendenda agendi peremptorius.

In defectu ſatisfactionis conſervatio Termini.

Advertendum. Quod ſi quiſpiam ex Hæredibus minùs advertenter cum homine impoſſeſſionato contraxerit, eademque

Præcuſtoditio inter malè Contrahentes.

que Bona ſua ad integrum Triennium arendaverit. Jam autem Arendator totaliter, vel majori ex parte Bona eadem peſſundaret & deſolaret, idque primo ſtatim vel ſecundo Anno, Bonaque ſua propria vel poſſeſſionem præfatæ deſolationi correſpondentem non haberet, quin imò dicta Bona per ſe arendata magìs ac magìs in dies ſine ſpe compenſationis ruinaret, Hæres facta priùs in loco Bonorum Coram Miniſteriali & duobus Nobilibus præfatarum ruinarum Obdu-

Obductio Ruinarum.

ctione, quæ conſcribatur Forma tali. Ja Miniſterialis Regni Generalis Byłem requirowany od I M. Pana N. N. dnia N. Mieſiąca N. Roku N. do Wſi N. na obductią, gdzie mając dwoch Szlachetnych Panow vel ſzlachty Pana N. y Pana N. ſobie dla lepſzego ſwiadctwa przybranych widzieliſmy we Wſi pomienioney N. ruiny y ſpuſtoſzenia przez Pana N. Arendarza uczynione takie. A naprzod &c. exprimantur deſolationes pro quibus res eſt. O ktore

wszytkie szkody y spustoszenia solenniter przećiwko temuż Panu Arendarzowi przednami uskarzał się y protestował, obiecuiąc tego wszytkiego prawnie dochodźić:) Deinde solenni coram Actis Castrensibus Skarszevien sibus depositâ Querela vel Protestatione tali (Ad Officium & Acta præsentia Palatinalia Pomeraniensia Castrensia Skarszeviensia veniens personaliter N N. Bonorum N. Hæres Quã primùm ingentem eorundem Bonorum desolationem per incuriam præfati N. N. causatam conspexit, illicò præcavendo Cujvis indemnitati suæ contra sæpè dictum N. N. inferet solennem protestationem ideò. Qualiter ipse inito Contractu certo Arendatorio super Tenutâ præfatorum Bonorum N. conscriptoque Inventario rerum omnium mobilium & immobilium videlicet Ædificiorum, Pecorum, Pecudum, subditorum &c. Quibus omnibus supra expressis mediantibus

Protestatio contra Arendatorem ratione Injuriarum.

ſubmiſit ſe Bona eadem cum pleno Inventario ac Conſeminationibus hyemalibus & æſtivalibus moderno Proteſtanti in expirio Trium annorum competenter & totaliter prout receperat, reddere, nunc autem ſupinâ incuriâ, vel malitiâ ductus, Bona eadem de die in Diem magìs peſſundat, ſubditos utriusque ſexus diſpellit, & diſpercutit, Inventarium Pecorũ & Pecudum corrodit, Boves, Oves ex Inventario vendit, Agros antea pingues & fructiferos per ſupinam ſuam negligentiam in non evehendis vel evectis ſtercoribus vulgò Nawozu vocatis emacerat, & ſteriles facit, multasque alias ruinas & damna (de quibus latiùs Obductio coram Miniſteriali & duobus Nobilibus facta obloquitur, cauſat, & quòd intollerabilius, contra expreſſam mentem Contractûs & Inventarij, ſubditos ad inconſveta & extraordinaria gravamina & Labores compellit. Quorum omnium ſu-

pra-

praſpecificatorum ratione nec non de aliis Injuriis modernus Comparens contra ſupraſpecificatum N. N. Arendatorem ſolenniter proteſtatur. Offerens ſe tempore & loco ac Foro competentibus, vel ubi de Jure venerit, cum eodem N. N. tanquam Impoſſeſſionato acturum, & præmiſſas Injurias, ruinas, damna, ac deſolationes Jure mediante vindicaturum querimoniæ præſentis ſuffragio. Cujus augendi, minuendi, corrigendi, caſſandi &c. pleno in robore ſibi reſervat facultatem) citet Arendatorem pro ſupraſpecificatis Judiciis vulgò Swięto Janſkie vocatis Citatione hac.

Titulus Palatini.

Tibi N. N. uti Impoſſeſſionato, Bonorum verò N. Arendatori de Perſona ac Bonis tuis generaliter omnibus ſummisque quibusvis pecuniariis ubicunque locorum habitis vel habendis vigore Regio & noſtro ex Officio mandamus, ut in Judiciis

Citatio pro deſolatione Bonorum.

diciis Noſtris Palatinalibus Pomeranienſibus Cauſarum Officii priùs & proximiùs abhinc in Caſtro Skarſzevienſi celebrandis perſonaliter compareas. Ad inſtantiam Inſtigatoris Judicij Noſtri & N. N. Actoris. Qui te inhærendo Obductioni & Proteſtationi ſuis citat ideò. Quia Tu exiſtens Triennalis Bonorum Actoris hæreditariorum Villæ N. Arendator ſubmiſiſti te & obligâſti Contractu certo Arendatorio inter ſe actorem & Te Citatum Die N. Menſis N. Anno N. inito Bona præfata non deteriorare aut deſolare, ſed juxta Inventarium in iisdem Bonis conſcriptum, & per Te Citatum circa apprehenſionem Bonorum receptum, videlicet Ædificia illæſa nulli ſubjecta ruinæ, Conſeminationes hyemales & æſtivales, ſubditos utriusque ſexus cum eorum ſupellectili domeſtica, nec non Pecora, Pecudes, aliaque in præfato Inventario conſcripta et expreſſa durante poſſeſſione tuâ

Aren-

Arendatoria in toto conſervare, ſicque integra conſervata & non peſſundata vel corroſa Actori reddere. Quibus Tuis ſubmiſſionibus maximè autem toti Contractui contraveniſti, ſiquidem primo vel ſecundo cæptæ tuæ poſſeſſionis Anno multa ædificia, quæ minori ſumptu reparare potuiſſes, irreparata reliquiſti, Agros ad conſeminandum apprimè confectos non conſeminaſti, Pecora, Pecudes majori ex parte pro tractandis hoſpitibus mactare juſſiſti, reſiduum vendidiſti, ſubditos quâ minis, quà novis excogitatis gravaminibus & laboribus diſpuliſti, aufugiendique occaſionem & anſam dediſti eademque Bona funditùs deterioraſti. Cùm verò Actor nullam, ad quam ſe intuitu præfatorum damnorum & ruinarum referre queat, apud Te conſpiciat poſſeſſionẽ, jam autem Bona de die in diem magìs ac magìs vergunt in deterius. Idcircò citat te ad videndum & audiendum, ad de-

pationem eorundem Bonorum, (prævia priùs pro damnis & ruinis reali compensatione) stringi & Juris mediis compelli. Citaris, sis pariturus & Judicialiter responsurus. Datum in Castro Skarszeviensi Die N. mensis N. Anno &c.

Lucrum super non Comparente. In Termino ex Citatione incidenti non Comparente Citato decernitur in Contumaciam Lucrum satisfactionis Contractui, & solutionis vel compensationis damnorum & ruinarum causatarum nec non deoccupationis Bonorum, pro quibus res est, idque in instanti sub Pæna Bannitionis, quæ D. A. R.

Decretum. Si verò comparuerit, decernitur itidem locatio Amicorum, prout supradictum est unà cum visione ruinarum.

Ad

Contractus Obligatorios.

Informatio. Hi intercedunt plerumque eo tempore cum Hæres Bona sua hæreditaria alicui

pro

pro ſumma certa vel in ſumma de Triennio in Triennium ut moris & Praxis eſt, aliàs usque ad exemptionem invadiat & obligat, & formantur tali forma.

Między IM. Panem N. N. z iedney, à IM. Panem N. N. z drugiey ſtrony ſtał ſię Kontrakt, y nie odmienne poſtanowienie w ten niżey Opiſany ſpoſob. Iz IM. Pan N. N. Dobra ſwoie Dziedziczne Wſi N. w Woiewodztwie Pomorſkim á Powiecie Tczewſkim leżące zewſzytkimi Dobr tych abo Maiętnoſci N. przyległoſciami, przynależytoſciami &c. &c. ponatur Arenga prioris Contractus Arendatorii, usque ad verba (cum pleno totalique titulo) pomienionemu IM. Panu N. N. y jego Succeſſorom w Summie N. Złotych Polſkich monety Pruſkiey á data præſentis Contractus do trzech lat continue po ſobie idących usque ad realem ſummæ præfatæ exolutionem zaſtawuie & obligat. A przerzeczony IM. Pan N.

Contractus Obligatorius.

N. powinien będzie ſummę pomienioną in Craſtino Natalis Sancti Joannis Baptiſtæ Coram Actis Caſtrenſibus Skarſzevienſibus mediante in Perſonam ſui Quietatione do rąk IM Pana N. N. wyliczyć.

Caſus Fortuiti. Caſus Fortuitos in genere omnes ktore Prawo poſpolite przyimuie præcavet ſobie IM. Pán Zaſtawnik, y po takim ſtrzez Boze Kazuſie Dwie niedzieli przez àwizatią zobopolnego Przyiaciela termin ad Componendum ſobie naznacza. Defalki inne jakiekolwiek bydz-mogą ſłużyć obiema ſtronom nie będą.

Onera Reipublicæ & Eccleiti. Onera Reipublicæ jako y Kośćielne durante poſſeſſione ſuâ ſufferre IM. Pan Zaſtawnik ſubmittuie ſię, á poſt expirationem Quity de perſolutis oddać.

Rumatio. Rumacyi po Expiracyi Zaſtawy IM. Pan Dziedzic IM. Panu Zaſtawnikowi unà cum Uſufructu & obedientia ſubditorum & ſine præpeditione Goſpodarſtwa Niedziel dwie pozwalają. Inwentarz in Fundo Bonorũ á do terazniey-

ſzego

ſzego Kontraktu referuiący ſię in toto circa traditionem Bonorum ſpiſany bydz ma & circa Intromiſſionem oddany. Intromiſſiy w pomienione Dobra jako exnunc IM. Pan Dziedzic N. N. vigore Contractus præſentis dopuſzcza, tak gdy Officiosè affectabitur dopuſcić ſubmittuie ſię. A iezeliby IM. Pan N. N. po wyſciu trzech lat, Dobra pomienione eximendo ſummę namienioną N. Złotych Poſkich monety Pruſkiey IM. Panu Zaſtawnikowi wroćić chciał, powinien będzie onego pułroczem ante expirium Triennij o tym awizować. Evictionem generalem in & ex Bonis ſuis omnibus mobilibus & immmobilibus ab omnibus in univerſum impedimentis & impetitionibus durante hac poſſeſſione obligatoria pomieniony IM. Pan Dziedzic cavet, & ſe præſentibus inſcribit, á to ſub vadio ſummy N. Złotych Poſkich Monety Pruſkiey. O ktory Zakład gdyby ktora ſtro-

Intromiſſio.

Avizatio.

Evictio.

Vadium.

na Contractui præsenti non satisfaciens ad quodcunque Judicium seu Officium Palatinatûs Pomeraniæ pozwać się dała, przed tymże Sądem abo Urzędem sine quibusvis dilationibus exceptionibus y innych wycie czek prawnych rozumē ludzkim wymyslonych odpowiadáć, & judicatum pati unà cum satisfactione rei principali suis cum Successoribus tenetur. Ktory to Kontrakt, y wnim opisane ligamenta strony Obiedwię przy Przyiaciołach wiary godnych podpisali, y pieczęciami swemi stwierdźili.

Informatio. Itaque si aliquis ex contrahentibus præmisso Contractui vel ejus puncto & punctis contravenerit, præveniatur Citationis Forma simili, prout ad Contractus Arendatorios.

Pro

Exemptione vel Reemptione Bonorum.

Informatio. Si alicui ex Obligatoriis Possessoribus Bona, quæ Jure Hypothecæ & Obligatorio

rio possidet, non sufficiant victitandæ & sustentandæ Personæ suæ vel Personarum, vel quòd summa in hypothecam data, Obligatori plùs Provisionis sex à Centum computando, quàm fructus Bonorum adferunt, importare videatur, tenetur Hæredem vel Hæredes medio Anno (si id Contractu expressum fuerit) ante expirium Triennii competenter & legitimè ut Bona reemant & eximant, avisare. Qua tali facta avisatione si Hæres summam, pro qua res, id est Obligatoriam non exolverit, Bonaque non exoneraverit, conveniatur pro iisdem Judiciis Swięto Janskie dictis Citatione sequenti.

Titulus Palatini.

Tibi vel Vobis de Bonis Vestris vel Tuis generaliter omnibus &c. &c. mandamus. Ut in Judiciis Nostris &c. scribatur ex præcedentibus formis usque ad versum compareas, ad instantiam N. N. Actoris. Qui Te citat ideò; Quia Tu in

Citatio pro Exemptione Bonorum.

in contemptum Legum Bona Villæ N. per Te Generoso Actori oppignorata & obligata, ac in expirio Triennii exsolvi assecurata, licet præmissorum ratione requisitus & legitimè avisatus fueris, & Literis seorsivis desuper compellatus eximere & exonerare non vis imò temerè recusas, Actor verò non mediocre exinde patitur damnum & Fortunæ jacturam, siquidem Personam suam de proventu præfatorum Bonorum honestè sustentare minùs videtur Provisionesque à Summa in Obligationem data ad minimùm sex pro Cento computando, majorem longè important summam, quàm Bona, sub Pœna Bannitionis eximas, præsentibus Citaris, sis pariturus & Judicialiter responsurus. Datum in Castro Skarszeviensi Die N. mensis N. anno N.

Ad
Levandam Summam.

Hæc Actio potissimùm extenditur super

per Possessores Obligatarios seu Creditores, qui Debita certa in Bonis habent; si verò Hæres Bona sua eximere in animo habuerit, tenetur suum Obligatorium Possessorem vel Creditorem medio Anno ut jam suprapositum est, de eadem exemptione avisare. Cùm autem taliter avisatus non comparuerit pro tempore competenti videlicet Crastino Natalis Sancti Joannis Baptistæ coram Actis Castrensibus Skarszeviensibus, vel etiam Comparens summam Obligatoriam vel Debitoream nullatenus recipere voluerit, Hæres præviâ solenni Coram iisdem Actis manifestatione factâ idque tali.

Manifestatio de diligentia reponendæ summæ.

Ad Officium & Acta præsentia Palatinalia Pomeraniensia Castrensia Skarszeviensia veniens personaliter N. N. Bonorũ Villæ N Hæres solennem in & contra N. N. Bonorum præfatorum Obligatarium Possessorem præcavendo cujvis Jurium suorum indemnitati intulit manifestatio-

nem ideò. Quia modernus Manifestans juxta avisationem legitimè insinuatam & peractam summam N. Florenorum Polonicalium Monetæ Pruthenicæ, per se intuitu Obligationis Bonorum Villæ N. ab N. N. acceptam, eidem N. N. paratus erat die hodierna in Actu contenta enumerare & exolvere, Bonaque sua præfata villæ N. ita ut præmissum est, obligata exonerare & eximere: Verùm quoniam præfatus N. N. coram Actis præsentibus in Termino hodierno nec per se, nec per suum quemvis legitimum Plenipotentem comparuit, summamque præfatam non recepit. Idcircò de sui diligentia, jam autem præfati N. N. expressa renitentia, temeritate, ac incuria iterum atque iterum manifestat.

Informatio. Tenetur postmodum Manifestans præsentare pecunias, quas in exonerationem Bonorum advexit vel in saccis vel Cista repositas, Officio Cancellariæ, quibus Visis, dictum

dictum Officium infert Prothocollo *Relationum* præſentationem earundem Pecuniarum forma ſequenti.

Veniens perſonaliter N. N. præſentavit Officio præſenti Pecunias in ſaccis tot & tot, coloris talis & talis, Flor. tot & tot &c. Quas quoniam N. N. qui eandem ſummam die hodierna in Actu contenta recipere debuerat, nec ipſe perſonaliter, nec per quempiam Plenipotentem comparuit. Idcircò eandem pecuniam denuò ad ſe recepit, & de recepta Officium præſens & Cancellariam ejus quietavit, quietatque præſentibus.

Quibus omnibus præmiſſis Juris ſolennitatibus, citet Renitentem tali vel ſimili Citatione. *Informatio.*

Titulus Palatini. Tibi N. N. de Bonis tuis generaliter omnibus vigore Regio & Noſtro ex Officio mandamus, ut in Judiciis Noſtris Palatinalibus Pomeranienſibus Cauſarum Officii priùs & proximiùs *Citatio pro levanda ſumma & de occupationem Bonorum.*

us abhinc in Castro Skarszeviensi celebrandis Personaliter & peremptoriè compareas ad instantiam N. N. Actoris. Qui inhærendo avisationi legitimæ nec non manifestationi, pecuniarum presentationi coram Actis Officii præsentis factis citat ideò. Quia Tu nescitur quâ ductus renitentia aut temeritate, licet infrascriptorum ratione legitimè avisatus summam N. Florenorum Polonicalium Monetæ Pruthenicæ per Te in obligationem Bonorum Villæ N. Actori datam recipere, & de iisdem Bonis condescendere non vis, imò temerè recusas. Quapropter citaris ad videndum & audiendum Te ad receptionem præfatæ summæ, deoccupationemque Bonorum præfatorum per Te hucusque à tempore requisitionis & avisationis indebitè possessorum sub Pæna Bannitionis mediante sententiâ Judicii Nostri stringi, ratione verò temeritatis & renitentiæ Pænis arbitrariis puniri; sis pariturus & Judicialiter responsurus. Da-

tum in Castro Skarszeviensi Die N. Mensis. N. Anno N.

Acclamato Citato & non Comparente obtinet Actor *Lucrum levandæ per Citatum in instanti summæ, & deoccupationis Bonorum, pro quibus res est, unà cum restitutione totali Inventarii idque sub Pæna Bannitionis, quæ Decernitur, Additur, Remittitur.* Si verò comparuerit, decernitur plerumque, ut summam quam Actor in exonerationem Bonorum suorum offert, levet, de levata quietet, ac de Bonis per ipsum in hac summa possessis condescendat vel deoccupet sub Pæna Bannitionis, quæ Decernitur, Additur, Remittitur. Luitâ ratione renitentiæ Pæna vel Trium vel Quatuordecim Marcarum Polonicalium Parti & Judicio totidem, Judicio quidem sub Pæna Bannitionis inter Terminos Pactos publicanda, Parti verò sub pæna majori vel duplici.

Lucrum contra absentem.

Decretum contra præsentem.

Advertendum. Quod simili planè methodo

Animadversio circa Decreta Tribunalitia.

thodo sit procedendum (prout supradictum est) cum Decretis Tribunalitiis, quibus injuncta est solutio Parti Actoreæ pro Crastino Natalis sancti Joannis Baptistæ per Partem Citatam præstandæ. Si verò Jurevictus pro eodem Termino in Decreto expresso coram Actis Officii non comparuerit, Decretoque vel Decretis Tribunalitio vel Castrensi non Satisfecerit, prævia itidem ut supranarratum est, de sui diligentia & Citati renitentia solenni manifestatione citet Jurevincens Renitentem inhærendo præfatæ Manifestationi taliter.

Titulus Palatini.

Citatio pro exolvenda summa Decreto Tribunalitio adjudicata.

Tibi N. N. de Bonis tuis &c. *scribe ex præcedenti Forma usque ad verbum compareas.* Ad instantiam Instigatoris Judicii Nostri & N. N. Actoris. Qui Te inhærendo Manifestationi suæ contra te factæ citat pro Pœna Bannitionis (*siquidem solutio in præfatis Decretis injungitur sub Pœna* *Ban-*

Bannitionis) per Te ex eo ſuccubita. Quia Tu contraveniendo Decreto Tribunalitio Regni Petricovienſi inter ſe Actorem & Te Citatum Feria &c. lato. Quò Tibi injunctum eſt, quatenus ſummam N. Florenorum Polonicalium Monetæ Pruthenicæ, unà cum Proviſionibns N. à Centum quotannis computando coram Actis Caſtrenſibus Skarſzevienſibus in & pro Craſtino Natalis ſancti Joannis Baptiſtæ præviâ officiosâ per Actorem coram iisdem Actis Quietatione ſub Pæna Bannitionis exolveres. Cui Decreto contraveniſti, etenim ſummam quam Actor recipere protunc paratus erat, nec ipſe nec per Plenipotentem comparens (prout de his omnibus Manifeſtatio coram Actis toties mentionatis facta fuſiùs enarrat) exolviſti, exindeque Pænam Bannitionis incurriſti. Pro qua ſuper Te decernenda & voce Miniſterialis Regni Generalis publicanda unà cum ſatisfactione rei principali præſen-

ſentibus citatis, ſis pariturus & Judicialiter reſponſurus. Datum in Caſtro Skarſzevienſi Die Menſis N. Anno &c.

Plures Actiones vel Cauſæ ad hocce Judicium vel Cauſarum Officii vulgò *na Querele* ſpectantes & occurrentes minori indigent conſideratione ac ponderatione, & ſi aliquæ invenirentur, iuxta Formas & informationes ſupra poſitas tam Citationes, quàm aliæ Juris vigilantiæ formari poſſunt. Itaque his omnibus ſupra expreſſis, quæ Cauſas Civiles concernunt, ad Judicia *Palatinalia Clamata* vel potiùs ad Cauſas ad hocce Judicium attinentes deſcendere viſum eſt. Et quidem

CAPUT III.

DE CAUSIS FACTI.

HAs Cauſas & Actiones judicat Palatinus ipſe adhibitis aliquot pro lubitu

tu ſuo Aſſeſſoribus, præmiſſisque priùs Literis Innoteſcentialibus talibus. (*Titulus Palatini*) Jaſnie Wielmoznym, Wielmoznym, urodzonym Ich Moſciom Panąm ſenatorom, Dignitarzom, Urzędnikom y wſzytkiemu Rycerſtwu Województwá Pomorſkiego Moim wielce Mościom Panom y Braci, pry zaleceniu ſłuzb mojch Braterſkich do wiadomoſci donoſzę. Iſz ja ſtoſując ſię do prawa poſpolitego adhærendoque Juſtitiæ, aby ſię oney zadne ublizenie nie działo, Sądzęnia *Jurydyki* w Zamku Skarſzewſkim Dzień N. Mieſiąca N. Roku terazniey ſzego naznaczam. Na ktory Dzien abyſcie ſię Waſzec. M. panowie przyſpoſobiwſzy ſię dobrze z Munimentami Swemi ſtawić raczyli wielce upraſzam, Ktorym przy powinſzowaniu zdrowia dobrego ſłuzby moje Braterſkie zalecam: Dan. w Zamku Skarſzewſkim Dnia N. Mieſiąca N. Roku N.) fundat Jurisdictionem ſuam Palatinalem per Miniſterialem Regni Generalem, par-

tesque ex Regestro *peremptoriarum* (nam *simplicium* in Judicio hoc non datur, acclamare facit, judicatque Causas sequentes videlicet.

Interemptionis
Convulnerationis
Lividationis
Concussionis
Invasionis Fundi
Violentiæ
Diffidationis
Expulsionis
Raptus aliquando, sed sæpiùs in Tribunali.
Vis illatæ
Pœnæ Publicæ
Bannitionis
Evocationis
Objectionis Imparitatis
Obsessionis Stratæ publicæ
Complicitatis.
Et quidem primò *Interemptionis.*

Informatio in Causa Interemptionis.

Si Nobilis Nobilem interemerit voluntariè, Successores Interempti tenentur ante omnia exangue Corpus ad Castrum Skar-

Skarſzevienſe quantociùs advehere, & advectum, ante Caſtrum paulisper morari, donec Vulnera Interempto inflicta per Regentem Cancellariæ vel ejus Vices tenentē accuratè Prothocollo ingroſſentur, quæ ingroſſatio ſeu Obductio Vulnerum vocatur germanicè **mit Recht auffgehoben** / & donec Miniſterialis Caſtrenſis Tumbæ adſtans Interemptorem hunc vel hunc, publicum fore olim iſtius N. homicidam & Occiſorem, publicè ante Caſtrum proclamitet. Poſt quam proclamitationem procedunt ad Cancellariam vel omnes ſi præſentes adſunt, vel unus nomine aliorum, & gemebundam coram Actis Officij (ut Judex poſtea luculentiùs informetur) deponunt, vel deponit Querelam & Proteſtationem tali vel ſimili forma.

Proteſtatio Ratione Interemptionis.

Ad Officium & Acta præſentia Palatinalia Pomeranienſia Caſtrenſia Skarſzevienſia veniens perſonaliter N. N. olim N.

N. per N. N. crudeliter & tyrannicè interempti & trucidati Successor legitimus, suo & aliorum &c. &c. Consuccessorum nomine, solennem & gemebundam, totus in Cordolia & dolores effusus contra præfatum N. N. intulit Protestationem & querimoniam idque ideò. Quia ipse posthabitis Legibus Divinis & humanis, nullo habito respectu Mandatorum & Præceptorum DEI, Legum Naturæ, rigoris statutorum Regni oblitus illius, quod Collum Collo, Caput Capite redimatur, imò effrenatus in omne nefas & morte piandum scelus, ausus est præfatum olim N. N. Parentem sui Protestantis vel Avunculum, vel Fratrem vel &c. hominem innocuum, ex moribus, tranquillitate & pacifica Vita, toti huic Provinciæ maximè verò Palatinatui Pomeraniæ & Districtibus benè notum, ullam, vel minimæ Personæ litis ansam & occasionem dantem per Viam publicam securè tenden-

dentem vel proficiſcentem, vel Domi in Curia ſua ſedentem & de omni pace ſecurum (adhibitis ad comodius patrandum & exequendum facinus Aſſeclis aliquot) eundem olim N. N. violenter invadere, ibidemque invadendo primò verbis, dein verberibus, pugnis &c. &c. afficere, poſt (horrendo proh pudor & dolor! exemplo) eundem olim N. N. crudeliter & tyrannicè interimere. Quo tali publico homicidio, effrenata licentia, irrationali facinore, malevolo animo, intentione peſſimâ, facto omnium Criminalium Criminaliſſimo Leges Divinas & humanas tranſgreſſus eſt, Pænasque Legum ſuper publicis Homicidis ſancitas & ſtatutis Regni expreſſas incurrit, ſe verò Proteſtantem in multa damna ſeorſiva Juris Viâ repetenda ex hac crudeli interemptione cauſata induxit. De quibus omnibus is idem Comparens contra præfatum N. N. iterum atque iterum ſolenni-

ter proteſtatur, Offerendo ſe ſe pro præmiſſa Nece, facto, Exceſſu, Pænas condignas ſuper Perſona & Fortuna ejus extendendas, ubi de Jure venerit expoſtulaturum, ac innocentem ſangvinem per eundm N. N. effuſum, quàm acerrimè vindicaturum querimoniæ præſentis ſuffragio. Cujus augendi, minuendi, meliorandi, immutandi, corrigendi, caſſandi &c. pleno in robore ſibi reſervat facultatem.

Informatio. Cui inhærendo Proteſtationi citet Succeſſor Interempti, Patratorem (duabus ſeptimanis ante cadentiam Judiciorum, aliàs Terminus non eſſet) pro iisdem Judiciis Clamatis vulgò *na Jurydyke* Citationis forma ſequenti.

Titulus Palatini.

Citatio ratione Interemptionis, Tibi N. N. de Perſona, Cauſa infraſcripta ac Bonis tuis generaliter omnibus vigore Regio & Noſtro ex Officio mandamus, ut in Judiciis Noſtris Palatinalibus

Pome-

Pomeranienſibus *Clamatis* priùs & proximiùs abhinc in Caſtro Skarſzevienſi celebrandis perſonaliter & peremptoriè compareas Ad inſtantiam Inſtigatoris Judicii Noſtri ejusque Delatorum vel Delatoris N. N. Actoris olim N. N. per Te crudeliter interempti Succeſſoris legitimi. Qui te inhærendo Obductioni & Proteſtationi ſuis contra Te coram Actis Caſtrenſibus Skarſzevienſibus factis adhærendoque ſtatutis Regni citat pro Pœnis Legum rigoroſiſſimis, per Te verò ſuccubitis ex eo. Quia Tu non metuendo rigorem earundem Legum abjecto Timore DEI & amore proximi auſus es, & præſumpſiſti cum Aſſeclis Tuis videlicet N. N. N. N. *ſi ſunt ſubditi*) præſenti Citatione apud Te arreſtatis (*ſi verò Perſonæ Nobiles*) contra quos ſalva eoque Criminalis manet Actio, Curiam eiusdem olim *N. N.* aggredi & invadere, invadendoque cum bombardis brevioribus & longiori-

gioribus, vel &c. varioque armorum genere, primò Verbis, quærendo anſas litis, poſt verberibus afficere, denuò nihil mali ſperantem crudeliter & Tyrannicè interimere & trucidare. Quo tali tuo enormi facto, & publico patrato homicidio Leges præfatas contempſiſti & in Pænas iisdem Legibus deſcriptas videlicet Infamiæ & colli incurriſti. Pro quibus ſuper Perſona ac Bonis tuis extendendis ac irrogandis præſentibus citaris, ſis pariturus & Judicialiter reſponſurus. Die N. Menſis N. Anno N.

Lucrum ſuper Interemptore.

Acclamato Exceſſivo Citato & non comparente, *Lucrum Pænarum Legum videlicet Infamiæ & Colli* obtinet *Actor.*

Decretum.

Comparente verò, datur dilatio Inquiſitionis Utrique Parti probationis nec ne? homicidij. Et deductis Inquiſitionibus ſi reus homicidii invenietur, punitur Pænis Jure communi deſcriptis.

Con-

Convulnerationis, Lividationis & Concussionis.

Advertendum. Quod Actio intuitu vulnerum potissimùm spectet ad Judicium Terrestre. Si verò eadem Vulnera vel Convulneratio cum Invasione & Violentia conjuncta & connexa fuerit, in Judicio hoc Clamato Forum habet, teneturque Vulneratus, lividatus, & concussus post præmissa recenter inflicta vulnera adhibito Chyrurgo (qui tam de profunditate, latitudine, quàm periculo vulneris, videlicet Mutilationis aut alicujus malæ infectionis debitè Cancellariam informet) commonstrare, quæ ita commonstrata inseruntur Prothocollo per Cancellariam forma sequenti. *Actio ratione Vulnerum.*

Officium præsens Palatinale Pomeranienſe Castrense Skarszeviense inhærendo statutis & Constitutionibus Regni de Obductionibus Vulnerum sancitis vidit debitequé conspexit apud N. N. Vulnera in *Forma Obductionis.*

infraſcripta videlicet in Capite vel in manu &c. &c. &c. profunditatis, vel latitudinis, longitudinis talis vel talis. Item Lividationes tot & tot &c. Quæ Vulnera & Lividationes aſſeruit ſibi ab *N. N.* die *N.* Menſis, Anno N. baculo, framea, vel alio Inſtrumento &c. nullâ datâ litis anſâ & occaſione inflicta eſſe.

Informatio. Quibus per Cancellariam connotatis neceſſe eſt, ut obducens contra Authorem facti & ejus Complices proteſtetur norma tali vel ſimili.

Proteſtatio. Ad Officium & Acta præſentia Palatinalia Pomeranienſia Caſtrenſia Skarſzevienſia veniens perſonaliter *N. N.* quàmprimũ ob lethalia vulnera, vel acriores Lividationes vel Concuſſiones ſibi per N. N. crudeliter illata; Acta præſentia adire valuit, illicò contra præfatum *N. N.* uti Principalẽ, nec non *N. N. N. N.* uti Complices intulit Proteſtationem ideò; Qualiter dictus N. N. ſpreto timore DEI & amore proximi

ximi, abjecto severiore rigore Legum, Pænasque super Sauciatoribus sancitas & in statutis ac Constitutionibus Regni expressas minimè formidando, ausus est & præsumpsit se Protestantem de omni pace securum aggrediendo & invadendo violenter, framea vel baculis vel &c. crudeliter percutere, lividare, sauciare ac convulnerare. Ne verò tale facinus dolorq; & pressura ex occasione præfatæ violentiæ, invasionis, vulnerumque inflictionis ac lividationis, perpessa impunita maneant, securitasque publica cuilibet Legibus Regni prospecta non convellatur, modernus comparens tam de inflictis vulneribus præfatis, lividatione vel concussione, aliisq; atrocioribus injuriis iterũ atq; iterum protestatur declarando se præmissa omnia sibi illata unà cum damnis & litis expensis Jure mediante vindicaturum, querimoniæ præsentis suffragio. Cujus augendi, minuendi

&c. &c. &c. pleno in robore ſibi reſervat facultatem.

Informatio. Cui Obductioni, atque Proteſtationi inhærendo, Vulneratus, vel Lividatus vel concuſſus opus eſt, ut citet Patratorem pro iisdem Judiciis *Clamatis* Citatione tali.

Titulus Palatini.

Citatio Convulnerationis, Lividationis & Concuſſionis. Tibi N. N. de Perſona ac Bonis Tuis generaliter omnibus vigore Regio & Noſtro ex Officio mandamus, ut in Judiciis Noſtris Palatinalibus Pomeranienſibus Clamatis priùs & proximiùs abhinc in Caſtro Skarſzevienſi celebrandis perſonaliter & peremptoriè compareas. Ad inſtantiam Inſtigatoris Judicii Noſtri ejusque Delatoris *N. N.* Actoris, Qui te inhærendo Obductioni & Proteſtationi ſuis contra Te factis citat pro Pænis Legum per Te ex eo ſuccubitis. Quia Tu non metuendo rigorem earundem auſus es & præſumpſiſti modernum Actorem crudeli-

deliter & enormiter convulnerare, concutere, vel lividare prout defacto convulnerasti, concussisti, & lividasti, multasque alias injurias intulisti. Quo tali ausu & excessu Pænas Legum incurristi. Pro quibus super Te decernendis ac arbitrio Judicij Nostri irrogandis, præsentibus citaris, sis pariturus & Judicialiter responsurus. Datum in Castro Skarszeviensi Die N. Mensis N. Anno N.

In Termino ex Citatione incidenti si non comparuerit Citatus, obtinet Actor *Lucrum Pænarum Legum videlicet sessionis turris, Solutionis vadij Capitanealis, Parti & Judicio totidem idque sub Pæna Infamiæ, quæ Decernitur, Additur, Remittitur.* *Lucrum super non comparente.*

Si verò comparuerit, datur Dilatio Inquisitionis per Partem utramque; Quâ expeditâ fertur sententia, & punitur Reus sessione Turrica per quatuor plus vel minùs septimanas, & solutione Vadii Capitanealis Parti & Judicio totidem.

Invasionis, Violentiæ & diffidationis.

Informatio. *Observandum Primò* In his Actionibus. Ut ille, cui Invasio, Violentia & Diffidatio facta & illata, ante omnia conducat Ministerialem Regni Generalem, qui cum duobus Nobilibus ob evidentius testimonium sibi adhibitis in Fundum Invasi condescendat, ubi opus est, ut in loco Bonorum ostendat illis Actor signa & species Violentiæ & Invasionis, damnorumque illationis, videlicet tot & tot Lignorum vel Arborum talis vel talis longitudinis, crassitudinis existentium, excisionis, siliginis, vel tritici, vel hordei, avenæ, vel graminis conculcationis, depabulationis. Postremò quod in Vitam ejus diffidârint, id est necem minati fuerint, coram eodem Ministeriali protestari tenetur.

Informatio. *Observandum Secundò.* Quod si aliquis Boves aut Equos in Prato suo proprio, vel in sylva Currum cum Equis, vel in

Lacu Retia damnum & præjudicium Possessori facientia offenderit, tenetur ille, cui illata injuria, aut personaliter, aut per Famulum suum præfata Instrumenta & Jumenta, per quæ sibi facta injuria, damnum, & præjudicium ad Castrum Skarszeviense devehere, ibidemque ante Forestam Regiam, qualia, cujus coloris & in quanto numero præsentare. Quam præsentationem connotat Cancellaria taliter.

Ad Officium & Acta præsentia Palatinalia Pomeraniensia Castrensia Skarszeviensia veniens personaliter N. N. præsentavit Officio præsenti ante Forestam Regiam Equos tot vel tot, unum coloris talis, alterum talis, Boves tot vel tot, coloris talis vel talis cum Curribus & tot ad Currus attinentiis, quos asseruit in Fundo suo, prato, sylva, &c. magnum damnum facientes se recepisse & huc deduxisse, salvam sibi contra N. N. uti præmissorum

Forma Cancellariæ.

ſorum Authorem, cujus juſſu & immiſſione præmiſſa facta ſunt ratione eorundem damnorum, ubi de Jure venerit, reſervando Viam. Et in Continenti inhærendo eidem ſuæ præſentationi ſolenniter in & contra N. N. tanquam Principalem & honeſtos vel Laborioſos *N. N. N. N.* uti Complices & exceſſivos ſubditos præmiſſorum ratione proteſtatur, prout brevi in ampliori porrigetur forma eadem Proteſtatio.

Vitanda Proteſtationis.

Miniſterialis verò ſupraſcriptis accuratè connotatis, unà cum ſpecificatione Nobilium & quidem forma tali (Ja *N. N.* Wozny Na Requizitią IM. Pana *N. N.* ziechałem do Wſi N. Dnia N. Mieſiąca N. Roku N. mając przy ſobie dwoch Szlachetnych Panow Pana N. N. y Pana N. N. ſobie dla lepſzego Swiadectwa przybranych, gdzie nam pokazał tenze IM. Pan Requirent w Leſie ſwoim Drzewa tak grube y dłługie ſcięte, lezące, Item pniow tak

Obductio Miniſterialis & Relatio.

tak wiele. Item Fur jak nam powiadał tak atak wiele zabranych przez Poddanych N. N. Item nam pokazał na gruncie ſwoim w Zbozu, na Łąkach takie vel takie Szkody jakoſmy widzieli tak wiele podeptanego, ſciętego Zyta, Pſzenice, Jęczmięnia, owſa, Trawy zabranego Siana. Item powiadał nąm IM. Pan Requirent, y uſkarzał ſię przed nami ze na Zycie jego gdy tego zabraniał gwałtu, albotez na Leſnego jego naſtępowali abo naſtępował obiecuiąc go zabic. Oco wſzytko ſolenniter przed nami tęnże IM Pan Requirent proteſtował ſię obiecuiąc tego dochodzićin Foro Fori :) faciat præmiſſorum omnium coram Actis Caſtrenſibus Skarſzevienſibus Relationem.

Informatio. Cui inhærendo Obductioni & Videndæ Proteſtationis circa præſentationem annexæ formet læſus vel damnificatus & Invaſus Querelam ſeu Proteſtationem & producat ad illam Videndam ut ſuperiùs

S ex

expressum est in forma ampliori & quidem tali.

Protestatio ratione Violentiæ, Invasionis & diffidationis

Ad Officium & Acta præsentia Palatinalia Pomeraniensia Castrensia Skarszeviensia veniens personaliter N. N. Bonorum N. Hæres solenniter contra N.N. tanquam Principalem, cujus scitu, jussu, mandato, immissione, & subordinatione infrascripta patrata sunt, atque Honestos vel Laboriosos *N. N. N. N.* subditos, vel Famulos ejus uti Complices intulit Protestationem ideo. Quòd cum Lex publica non ideò per Ordines Regni sancita, ut quivis rigore ejus abutens quod sibi placet, id cum ingenti aliorum damno facilè exequatur: Verùm ut cuncti Bonis suis in Fundis & Limitibus circumscriptis pacatè fruentes in alienam messem falcem immittere haud audeant. Jam verò præfatus N N. vel subditi ejus *N.N.N.N.* præmissis minimè attentis ex jussu & mandato, ut præsumitur, fortissimi ejusdẽ

N.

N. N. Domini ſui auſi ſunt, & præſumpſerunt ſylvam vel ſylvas ſui Proteſtantis cum Equis, Bobus, & Curribus vel agrum, vel pratum, vi, & violenter invadere, invadendoque ligna magna in Copia excindere, exciſa evehere, evecta vendere, vel Triticum, ſiliginem, hordeum, Avenam conculcare & depabulare, gramen demetere, nec his contenti in vitam Proteſtantis diffidare. Quia verò præmiſſa ingentem ferre videntur Bonorum & ſubſtantiæ ſuæ jacturam & damnum Legumque publicarum enorme præjudicium, maximè cum præmiſſis non contenti, patientiaque Proteſtantis ac diſſimulatione abutentes necem Proteſtantis vel ejus Sylvano vel Famulo tales auſus & violentias modeſtiùs reprobanti minari & defacto in Vitam vel Vitas diffidare præſumant. Idcirco de præſcriptis omnibus vel ſupra expreſſis in Fundo ſuo proprio illatis Violentiis, Invaſionibus, Diffidationibus

iterum atque iterum proteſtatur Querimoniæ præſentis ſuffragio. Cujus augendi, minuendi, corrigendi, caſſandi &c. pleno in robore ſibi reſervat facultatem.

Informatio. Excerpto itaque Authentico ex Actis præmiſſæ Obductionis & Proteſtationis, citet Principalem & Complices Citatione tali.

Titulus Palatini.

Tibi N. N. de Bonis tuis generaliter omnibus vigore Regio &c. mandamus, ut &c. *ſcribe ex præcedenti forma ad verbum compareas.* Ad inſtantiam Inſtigatoris Judicii Noſtri & N. N. Actoris. Qui te inhærendo Obductioni & Proteſtationi ſuis citat pro Pœnis Legum per Te ex eo demeritis. Quia Tu, neſcitur qua de ratione, ſylvam Actoris unà cum ſubditis Tuis præſenti Citatione apud te areſtatis, vel agrum, Pratum vi & violenter invaſiſti, arbores vel Ligna varii generis vel &c. &c. &c. (*exprimatur damnum factum*

ctum). Quo tali tuo excessivo & violento ausu & invasione nec non expressa in Vitam Actoris vel ejus Famulorum Diffidatione Pœnas Legum incurristi. Pro quibus super Personam Tuam ac Bonis extendendis arbitrioque Judicii Nostri irrogandis, præsentibus citaris, sis pariturus & Judicialiter responsurus. Datum in Castro Skarszeviensi &c. &c. &c.

In Termino ex Citatione præfixo & Citato non comparente obtinet Actor Lucrum Pœnarum Legum videlicet solutionis medii Vadii Capitanealis, sessionis Turricæ per duas vel minùs septimanas & compensationis excisarum arborum juxta Taxam idque in instanti sub Pœna Bannitionis, quæ Decernitur, Additur, Remittitur.

Lucrum super Invasore Violento alieni Fundi & damnificatore.

Si verò Citatus comparuerit, & è contra Objectam sibi violentiam, Invasionem & diffidationem negaverit, datur Dilatio Inquisitionis ad proxima Judicia. Sin

Dilatio Inquisitionis. verò Citatus suum Fundum, ubi allegat Actor esse Ligna excisa, vel aliud damnum factum esse prætenderit, Actor itidem suum asseruerit, decernitur Visio, loco & tempore opportuno per Partem utramque (adhibito Geometra & rogatis vel compellatis præmissorum ratione duobus Assessoribus Judicii Terrestris Districtus illius, cui Fundus controversus subest) expedienda, daturque facultas vel licentia præmissis Assessoribus, Inquisitiones de proprietate Fundi auscultandi inter signa metalia, vel noviter vel antiquitùs sita disquirendi, & pro exigentia Causæ & æquitate sententiandi. Ab eadem tamen sententia in defectu aggravationis alicujus Partis liber ambabus Partibus, ad Judicem, à quo regressus cum conservatione Termini ad proxima & imminentia Judicia.

Visio.

Notandum. Quod aliqua Pars ex suprascriptis legitimè innotescita & avisata pro ter-

termino non comparuerit, Actuique visionis per Duos Assessores Terrestres, ut supradictum est, expediendo non attenderit, Pars Decreto satisfaciens quantociùs Acta Castri Skarszeviensis adire poterit, faciatque de diligentia sui manifestationem tali vel simili forma.

Ad Officium & Acta præsentia Palatinalia Pomeraniensia Castrensia Skarszeviensia veniens personaliter N. N. quamprimùm Acta præsentia adire potuit, illicò solennem infrascriptorum ratione intulit manifestationem ideò. Quia ipse paratus erat Decreto Judicii Castrensis Skarszeviensis Feria N. Anno N. inter se Manifestantem & N. N. lato (quo injunctum erat, quatenus tam Manifestans, quàm præfatus N.N. Duos ex D.D. Assessoribus Judicii Terrestris N. ad Visionem in Fundo, de quo res est & controversia, expediendam adhibito Geometrâ, alioque ad talem Actum de Jure pertinen- *Manifestatio.*

nentibus ſolennitatibus mutuo ſumptu compellaſſent) in toto ſatisfacere, prout defacto ſatisfacit; ſiquidem in Fundum Controverſum perſonaliter unà cum ſupraſcriptis Requiſitis condeſcendit. Verùm quoniam ſupradictus N. N. nec per ſe, nec per ſuum quemvis legitimum Plenipotentem (licet intuitu præmiſſorum ſolenniter innoteſcitus) comparuit, nec Termino eidem Viſionis attendit. Idcirco de diligentia ſui, præfati verò N. N. negligentia, renitentia, & expreſſa temeritate iterum atque iterum manifeſtat ſalvā ſibi ratione cauſatorum ſumptuum & Expenſarum ibi, ubi de Jure venerit, Jure mediante recuperandarum agendi viam reſervando unà cum facultate manifeſtationem præſentem augendi, minuendi, corrigendi, caſſandi &c.

Expulſionis.

Informatio. Hæc Actio plerumque accidit iis (qui Poſſeſſorem, vel Obligatorium, vel Arendatori-

datorium firmiori Contractu circumvallatum, aliquando etiam Jure hæreditario per ſe aut ſuos Anteceſſores empto & reſignato gaudentem de pacifica deturbant poſſeſſione, Bonaque Vi & armata manu inquietant, ac Poſſeſſorem compellunt:) intentanda.

Quâ interceſſa Expulſione, tenetur Compulſus (connotatis & liquidatis damnis per hanc expulſionem cauſatis aliiſque injuriis:) Acta Caſtri Skarſzevienſis adire, & ſolennem (præcavendo ſupraſcriptis Juribus ſuis ad eadem Bona habitis & per Exceſſivum Inquietantem vel Expulſorem graviſſimè læſis) deponere Querelam & quidem taliter.

Ad Officium & Acta præſentia Palatinalia Pomeranienſia Caſtrenſia Skarſzevienſia veniens perſonaliter N. N. Bonorum N. Obligatarius, vel Arendatarius vel &c. quamprimùm ob graviſſimas injurias, oppreſſiones, depredationes, ſpo- *Proteſtatio ratione Expulſionis.*

 lia,

lia, ac Violentias adire valuit contra N. N. tanquam Excessivum Inquietatorem & iniquissimum alienorum Bonorum Raptorem & Principalem, nec non N. N. N. N. uti infrascripti facinoris Complices & Cooperatores, summo cum animi mœrore questus & lacrhymabiliter protestatus est in eo. Qualiter præfatus N. N. spreto rigore Legum super violentis alienorum Bonorum Inquietatoribus severè statutis & Constitutionibus Regni sancito & interposito, minimè pensatâ securitate publicâ, quâ unicuique Bonis suis vel Jure suo ad eadem Bona habito pacatiùs frui vel uti dispositum & prospectum est, quinimò contra omne fas, illius oblitus quod neminem alterius damno locupletari liceat, ausus est & præsumpsit Bona Protestantis Jure *tali vel tali* possessa, nescitur qua de occasione aut prætensione, imò intentione pessima ac animo malevolo, vi & violenter cum præfatis Complici-

plicibus, invadere & inquietare, ac Curiam Proteſtantis invadendo cum vario armorum genere, jaculari, ſubditos ejuſdem Villæ N. ſecuritatem publicam ac ſalutem ſui Proteſtantis, & Conſortis, Liberorumque defendentes verberare, trucidare, cæteros enormiter vulnerare & lividare, ſe Proteſtantem injuriis verbalibus primò afficere, denuò in Vitam diffidare, ita ut cuncti ita diſperculſi in latibulis ſe ſe de die præ nimio timore & anguſtiis occultantes, de nocte fugâ ſibi conſulere viſi ſunt. Nec his contentus, Conſortem Proteſtantis *vel* Liberos Pugnis crudeliter tractare, & poſtremò ſe Proteſtantem cum tota Familia domeſtica expellere, & Bona ac poſſeſſionem eorundem adoptare. Ne verò talia exceſſiva facinora, auſus, Violentiæ, Invaſiones, Inquietationes & Bonorum alienorum iniquiſſimæ ereptiones impunitæ maneant, Is idem Proteſtans de præ-

missis omnibus per suprascriptum N N, & ejus Complices patratis & sibi illatis iterum atque iterum protestatur Querimoniæ præsentis suffragio. Cujus augendi &c. pleno in robore sibi reservat facultatem. Quâ factâ Protestatione præveniatur Expulsor Citatione (ex suprapositis & in Protestatione expressis punctis, observatis observandis) formanda. Et si in Termino Citatus non comparuerit, Obtinet Actor Lucrum Pænarum Legum videlicet *sessionis Turris per tot vel per tot Spatium temporis, Reinductionis in Bona unà cum restitutione rerum ablatarum*, idque in instanti, vel sub Pæna perpetuæ Bannitionis vel Infamiæ, quæ Decernitur, Additur, Remittitur. Si verò comparuerit, datur Dilatio Inquisitionis ad proxima Judicia *Clamata*. Post quam deductam punitur Reus Pænis in statuto & Constitutionibus Regni expressis, & plerumque Reinductio Actoris unà cum Restitutione Inventarii *vel* rerum ablatarum &c. *Rap-*

Informatio.

Dilati Inquisitionis.

Raptus.

Ea Actio oritur exinde, cùm aliquis vetantibus Parentibus, *vel* Tutoribus *vel* Proximioribus ſangvine, *vel* &c. Virginem violenter, Curiam vel alium locum invadendo, clàm rapuerit. Si itaque placuerit Parti læſæ, poterit Raptorem rectè ad Tribunal Regni Citatione juxta facinoris pondus & exigentiam extrahere. Ni verò hanc actionem intentare in animo habuerit, primò curet poſt Raptum quantotiùs Acta adire, Querelamque tali vel ſimili modo deponere.

Ad Officium & Acta præſentia Palatinalia Pomeranienſia Caſtrenſia Skarſzevienſia veniens perſonaliter N. N. Generoſæ N N. ex Generoſa, N. N. Chariſſima Conſorte ſua procreatæ Filiæ *Parens* ingenti mœrore, & non minori Cordolio in & contra N N. tanquam exceſſivum ſecuritatis publicæ Violatorem & publicum Raptorem queſtus eſt ideò. Qualiter

Proteſtatio ratione Raptûs.

ipse oblitus timoris DEI effrenatus in omnem licentiam ausus est N. N. Filiam suam Charissimam, unicum senectutis suæ solatium *vel* sororem suam, *vel* sangvine junctam, Curiam protestantis vel Viam publicam aggrediendo, Vi & violenter rapere, & se Protestantem unico senectutis suæ solatio, *vel* Familiæ decore *vel* &c. sangvine juncta spoliare. Quia verò talia facinora DEum, Legesque publicas contemnentia severiorem Pænarum post se trahunt rigorem, utque ad exemplum aliorum talia facta Excessiva impunita maneant, verùm ut dignis rearceantur pænis. Is idem N. N. contra præfatum N. N. iterum atque iterum protestatur, Offerens se præmissorum ratione quamprimùm poterit Jure acturum & eandem violentiam, sibique factam ingentem Injuriam ac dishonorem, nec non damna exinde causata, mœrores & Cordolia unà cum restitutione præfatæ Filiæ suæ vindicaturum

rum salvâ ejusdem Protestationis augendi &c. reservatâ facultate.

Cui inhærendo Protestationi citet Raptorem acceptis punctis ex Protestatione *mutatis mutandis.*

Vis Illatæ.

Si cui ex fæmineo sexu Vis à quopiam illata fuerit, tenetur ad minimum in triduo illam sibi factam vel illatam Vim denuntiare, juxta Statutum Casimiri Anni millesimi Trecentesimi sexagesimi Octavi, Protestationemque si commodè Acta adire, *vel ejus nomine quis adire poterit* contra Illatorem *vel* Inferentem inserere formâ superiùs expressâ, sed lachrymabiliori ut moveat Judicem & quidem si placebit tali. *Statutum Casimiri Anni 1368.*

Ad Officium & Acta præsentia Palatinalia Pomeraniensia &c. veniens personaliter N. N. Generosus N. N. cum N. N. procreata Filia in assistentia *N. N. N. N.* *Protestatio ratione Vis illatæ.*

uti

uti Amicorum, *vel* Tutorum quamprimùm Acta præſentia adire potuit, ſolennem in & contra N. N. intulit proteſtationem ideo. Qualiter ipſe immemor Præcepti Divini, ipſas naturæ Leges excedendo, in omnem proh pudor! effrenatus inſolentiam nullâ habita pudicitiæ ratione contra omne fas, ſtatu ſuo Nobilitari abutens auſus eſt & præſumpſit ſibi Proteſtatrici Virgini, de Familia & bona proſapia oriundæ, Vim inferre, talique illatione ferociori, florem Virgineum depredare & ſpoliare, ac in perpetuam denigrationem pudoremve Conſangvineorum *vel Parentum* ac aliorum abominationem inducere. Itaque præcavendo integritati præmiſſorum omnium per horribilem ſæpedicti & effrenatam inſolentiam, violentiamque ſibi ablatorum, tota effuſa in lachrymas eadem Proteſtatrix contra toties nominatum N. N. proteſtatur offerendo ſe præmiſſa omnia Jure

mediante & annuente Sanctâ Justitia strictissimè vindicaturam querimoniæ præsentis suffragio. Cujus augendi &c. pleno in robore sibi reservat facultatē. Citatio formari poterit ad normam protestationis.

Et in Termino comparens Testimonisque convictus punitur Pæna Infamiæ & Colli; vel si redimere voluerit, eidem nubere, *vel si sit minutioris fortunæ*, tenetur eandem dotare.

Pœnæ Publicæ.

Pro ea citatur ille, qui injunctam sibi vel ratione homicidii, vel ratione alicujus Excessus gravioris sessionem Turricam non expleverit Citatione sequenti.

Titulus Palatini.

Tibi N. N. de Persona ac Bonis Tuis generaliter omnibus vigore Regio &c. mandamus, ut in Judiciis Nostris Palatinalibus Clamatis priùs & proximiùs abhinc in Castro Skarszeviensi celebrandis perso- *Citatio pro Pœna publica.*

 nali-

naliter & peremptoriè compareas. Ad instantiam Instigatoris Judicii Nostri, ejusque Delatoris N. N. Qui Te citat pro Pæna publica per Te ex eo demerita. Quia Tu sessionem Turricam Tibi in Causa (*exprimatur facinus, pro quo tum temporis conventus erat,*) Decreto Palatinali Pomeraniensi Judicii Clamati injunctam non explevisti, exindeque Pænam eandem publicam videlicet Infamiæ incurristi. Pro qua super Persona ac Bonis tuis decernenda præsentibus citaris. Sis pariturus & Judicialiter responsurus. Datum in Castro Skarszeviensi Die N. mensis N. Anno N.

Condemnatio. Et in Termino advenienti condemnatur in Pæna Infamiæ, quam Ministerialis Regni Generalis proclamat ante Castrum Skarszeviense ut supra expressum est.

Bannitionis.

Informatio. Si quispiam Processum in Judiciis Querelarum seu Causarum Officii (ut jam supra-

prapositum est:) perduxerit usque post Pænam Centum, tenetur eundem super quo perductus Processus, ad Judicia *Clamata* pro Pæna Bannitionis ac ejus subsequenti publicatione citare Forma illa, quæ priori Capite inter Causas Civiles apposita *titulo Citatio pro Pæna Bannitionis.*

Evocationis.

Hæc Actio instituitur, cùm aliquis Nobilem possessionatum ratione alicujus prætensionis etiamsi Juridicæ (non contestatâ priùs in Castro hoc coram Competenti Judice lite:) rectè ad Tribunal Regni evocaverit, Evocatus præmissâ priùs Protestatione tali. (Ad Officium & Acta præsentia Palatinalia Pomeraniensia Castrensia Skarszeviensia veniens personaliter N. N. solenniter contra *N. N.* protestatus est in eo. Quod cum Justitia sancta æquè unicuique Personæ, vel Causæ Forum competens ac Judicem distribuerit, non ideoque Leges ac earundem

Informatio.

Protestatio ratione Evocationis.

Ordo diſpoſitus, ut in Cauſis ſuis quiſque cæco eat progreſſu. Verùm ut ſuum agnoſcendo Judicem Reum ibidem conveniat. Jam verò præfatus *N. N.* præmiſſis minimè attentis, imò ordinem Proceſſus & Praxim publicam contemnendo ac confundendo, malo ſvaſus Conſilio, ſe Proteſtantem ex cruda radice (non conteſtata in prima inſtantia ut Juris eſt, lite) auſus eſt ad Tribunal Regni extrahere, & evocare & eo facto Conſtitutiones Regni convellere, & praxim publicam Juris & Proceſſus communis confundere. Quapropter Proteſtans præcavendo cuivis Jurium ſuorum indemnitati Legiſque & praxis publicæ Ordini, de nullitate quorumvis Actuum & Decretorum per temerarium Evocantem obtentorum, vel contra Perſonam ſuam ibidem in Tribunali obtinendorum, quàm pænis ex eadem Evocatione demeritis contra eundem *N. N.* iterum atque iterum proteſtatur,

tur, Offerens se se in foro & coram Judice suo competentibus Pœnas de Jure debitas quæsiturum & Legum praxisue publicæ confusionem vindicaturum querimoniæ præsentis suffragio. Cujus augendi minuendi &c. pleno in robore sibi reservat facultatem) citet Evocantem pro Judiciis Clamatis Citatione sequenti.

Titulus Palatini.

Tibi N. N. &c. &c. &c. mandamus, ut &c. compareas. Ad instantiam Instigatoris Judicii Nostri ejusque Delatoris N. N. Actoris. Qui te inhærendo Protestationi coram Actis Officiosè factæ citat pro Pœnis Legum per Te ex eo succubitis. Quia tu postposito competenti Judicio & Foro contra Communem Juris praxim ausus es Actorem cruda radice nullo facto in Foro priùs competenti experimento ad Tribunal Regni citatione evocatoriâ extrahere, talique extractione ordinarium Juris & Processus Ordinem confundere

Legesque & Constitutiones Regni convellere. Quare pro præmissis omnibus & fusiùs tibi in Termino advenienti proponendis, præsentibus citaris, sis pariturus & Judicialiter responsurus. Datum &c.

Objectionis Imparitatis.

Informatio. Obiicientem Imparitatem, Possessionatus & genere par Nobilis, qui Imparitatis seu Ignobilitatis arguitur, post primò objectam sibi imparitatem, opus est quantociùs poterit Acta Castri Skarszeviensis adire & Querelam talem vel similem deponere.

Protestatio ratione Objectionis Imparitatis. Ad Officium &c. &c. veniens personaliter N. N. solenniter & gravi cum Querela in & contra N. N. tanquam publicum diffamatorem, & proscissorem protestatus est ideo. Qualiter ipse minùs ponderato rigore Legum super Detractoribus honoris alieni severè sancitarũ posthabito illo trito & Juridico axiomate *Diffamare cave, nam revocare grave* ausus est & præsump-

ſumpſit N. N. modernum Proteſtantem, hominem ab omni labe vel nota Immunem, genuſque Nobilitatis antiquitùs à Prædeceſſoribus ſuis trahentem totique huic Provinciæ intuitu Proſapiæ ſuæ Clarum, malevolâ, & procaci imò effrenatâ lingvâ coram multis fide dignis hominibus, honorem ſuum proſcindere, cavillare, ac Ignobilitatem quandam objicere. Quia verò talis auſus & cavillatio, honori integro Proteſtantis (qui æquiparatur vitæ) ſummè præjudicat ac eundem denigrat, & ne impunitus maneat, modernus Proteſtans conſulendo & præcavendo cuivis honoris ſui integritati contra præfatum *N. N.* iterum atque iterum proteſtatur. Offerens ſe ſe præmiſſam læſionem unà cum pœnis condignis Jure mediante vindicaturum querimoniæ præſentis ſuffragio. Cujus augendi &c. &c. &c. Denuò citet Cavillantem Citatione tali.

Titu-

Titulus Palatini.

Tibi N. *N.* de Perſona ac Bonis tuis generaliter omnibus &c. mandamus, ut compareas. Ad inſtantiam Inſtigatoris Judicii Noſtri ejusque Delatoris *N. N.* Actoris. Qui te inhærendo Proteſtationi ſuæ Coram Actis Skarſzevienſibus Factæ citat pro pænis Legum per Te ex eo ſuccubitis. Quia tu oblitus timoris DEI, ſpreto amore proximi auſus es Actori à Majoribus & *Prædeceſſoribus* ſuis genere Nobilitatis Clariſſimo Ignobilitatem & Imparitatem obiicere, talique tuâ malevolâ obiectione honorem Actoris proſcindere. Quapropter citaris ad videndum & audiendum, Te ad revocationem ſolennem ac deprecationem, aliasque pænas Legibus Regni deſcriptas & arbitrio Judicii Noſtri ſuper Te ac Bonis tuis irrogandas Sententiâ Noſtrâ ſtringi. Citaris, ſis pariturus & Judicialiter ad præmiſſa omnia ac alia fuſiùs tibi in Termino adveni-

venienti proponenti reſponſurus. Datum in Caſtro Skarſzevienſi &c.

Notandum. Quodſi aliæ Verbales Injuriæ inter contendentes Nobiles intercesſerint, Læſusque actionem ratione Injuriarum Verbalium movere voluerit, in Judicio *Terreſtri* Forum habet. Sed invanùm egiſſe vel agere videtur: ſiquidem ſi Citatus, qui injuriarum & ſcommatum illatorum arguitur, in termino ex Citatione incidenti omnia negaverit, liber pronuntiatur. Semper enim in Decretis Judicii *Clamati* vel *Cauſarum Officii* præeunt ſententiam hæc Verba *Quo ad Verba; quoniam Citatus negat, ideo Liber &c.* Et præſumitur, quod hancce praxim Judex ideò intulerit, ut magnis Proceſſibus & non minoribus expenſis Nobilibus aliquibus de Natura Contentioſiſſimis, & de minima re litigantibus obicem poſuiſſet. Vel etiam ideò pronunciatur *Liber*, quod illa negatio publicè per Citatum fa-

Animadverſio de injuriis Verbalibus.

cta aliquam & eo solennem in se repræsentare videatur revocationem.

Obsessionis Viæ publicæ.

Hæc actio dependet à Violentia. Siquidem qui Viam publicam obsidet, Violentiam proficiscenti vel eunti facere, & securitatem publicam violare videtur, adeoque si suprascriptæ juncta actio hæc Violentiæ, una eademque formetur Citatio his mutatis

Quia Tu Actorem per Viam publicam omni securitate vallatam proficiscentem vel euntem violenter invasisti, injuriis affecisti, in Vitam diffidasti, talique *tua insolentiâ securitatem publicam violasti & in* Pænas *Legum incurristi.* Pro *quibus super Te decernendis præsentibus Citaris. Sis pariturus* &c.

De publicis Obsessoribus & Depredatoribus. Si verò sit Obsessor publicus, qui divagantes & proficiscentes Fortunis & Vitâ spoliet, ille rectè ad Tribunal si sit possessionatus pro actione vel Facto Criminali citari potest, ibique præmissis Inquisitionibus

nibus (si præventus in loco delicti illucque deductus fuerit) punitur sæpè numerò Pæna Colli juxta statuta & Constitutiones Regni.

Complicitatis.

Si quispiam in suprascriptis omnibus Factis seu potiùs Facinoris actionibus videlicet Interemptione, convulneratione &c. &c. assistentiam præbuerit, arma, bombardas &c. baculos, frameam &c. subministrando, vel si quis cum Bannito, Infami conversatus fuerit publicè, eique Consilium vel minimam assistentiam præstiterit, ille pro iisdem Judiciis *Clamatis* ratione Complicitatis conveniri potest ad instantiam Instigatoris Citatione tali.

Titulus Palatini.

Tibi N. N. de persona ac Bonis Tuis generaliter omnibus &c. mandamus, ut in Judiciis &c. compareas. Ad instantiam Instigatoris Judicii Nostri ejusque Delatoris. N. N. Actoris. Qui Te citat

pro Pænis Legum per Te ex eo demeritis; Quia Tu in Interemptione, *vel* Convulneratione *vel* &c. &c. per N. N. patrata &c. aſſiſtentiam præbendo arma varii generis videlicet &c. ſubminiſtraſti, vel N. N. perpetuè Bannito *vel* Infami, Conſilio, auxilio & aſſiſtentia fuiſti, exindeque Pœnas ſuper exceſſivis Complicibus ſancitas incurriſti. Pro quibus ſuper Te Perſona, ac Bonis Tuis decernendis, præſentibus citaris. Sis pariturus & Judicialiter reſſponſurus. Datum &c.

Plures actiones ad hocce Judicium *Clamatum Palatinale* ſpectantes Ordo Proceſſus Caſtri Skarſzevienſis notat rariores. Itaque his omnibus ſupra expreſſis tam ad præfata Judicia Palatinalia *Clamata*, quàm *Cauſarum Officii* ſpectantibus, unicus reſtare videtur

Terminus Tactus

Vel

Cauſa ex Termino Tacto.

Hanc

Hanc Causam seu *Terminum* (quoniam in Expirio Judiciorum ex Regestro incidit) ultimò etiam ponendum visum est. Et vocatur ideò *Terminus factus*, quod Ministerialis Judicio adstans ex mandato ejusdem Judicii Exorbitantem tangat manu, illique dicat hæc Verba: *Masz Wasżec Rok.*

Qui Terminus illis datur, qui sub tempus celebrationis Judiciorum

Vel aliquem in honore læserint,

Vel percusserint,

Vel frameam evaginârint,

Vel in Duellum provocârint,

Vel in Vitam alicujus diffidârint,

Vel pugnas minati fuerint,

Vel Judicio irreverenter verbis atrocioribus responderint,

Vel Pænas seu Luitas Judicio non persolverint.

Taliter per Tactum Ministerialis Citati in instanti respondere tenentur, & proponit *Informatio.*

 ponit

ponit contra eos vel eum Instigator rarò ex parata Copia, si autem voluerit, poterit Copia formari, juxta exigentiam Causæ.

Notandum. Quòd adhuc restare videantur aliquæ Citationes extraordinariæ videlicet in Causa *Ingessionis*, & Citatio *Revivificatoria*, sed hæ sæpiùs formantur pro Tribunali Regni & quidem primò

Ingessionis.

Si quispiam (nullo habito Commisso aut mandato alicujus Principalis nomine comparendi) in Causam & Processum se se ingesserit, vel habito clam & occultè in fraudem Parte cum Contraparte condictamine in actoratum vel Reatum se se intricaverit, pro grato & rato Judicata suscipiens, tenetur sic circumventus & læsus à prima notitia Acta authentica adire, & pro custodienda indemnitate Causæ suæ vel Processus protestari in eam vel similem Normam.

Ad

Ad Officium & Acta &c. &c. veniens personaliter N N. quamprimùm sibi innotuit de quadam in Processum suum cum NN. habita &c. per NN. ingessione vel Intricatione, exindeque non minori sui & Causæ suæ succubitione, solenniter contra eundem N N. intulit cum Manifestatione Protestationem idque ideò. *Protestatio ratione Ingessionis.*

Qualiter ipse nullo habito à Manifestante & Protestante mandato, jussu vel Plenipotentia, sub specie cujusdam simulatæ amicitiæ, quâ Protestans tali in passu minimè indiget, ausus est & præsumpsit proprio genio, & forsan ex aliqua ut præsumitur cum adversa parte cointelligentia in fraudem verò sui *Protestantis*, nomine ejusdem in Judiciis Ordinariis Generalibus Tribunalis Regni Petricoviensis vel Lublinensis comparere & in Regestrum inscribere, Terminum attentare prout defacto Decretum vel Decreta suscepit seque Protestantē Terminis, Processui,

ſui, ac Cauſæ, indebitè, injuſtè innodavit, eaque innodatione multa damna & inutiles cauſavit expenſas. Decreto & Proceſſu de indebita hac immiſcentia latioribus &c. Quia verò à moderno Proteſtante nec quidem ad latum unguem mandati aut Commiſſi habuit ad præmiſſa peragenda. Idcircò Proteſtans ſolenniter contra eundem ingerentem tam de nullitate actuum quorumvis per eundem factorum, Decretique vel Decretorum latorum vel ſuſceptorum, quàm de damnis, injuriis, diſcommodationibus & litis expenſis hac indebita Ingeſſione cauſatis proteſtatur. Et quod eadem Ingeſſio, Comparitio, vel Intricatio aliique omnes actus, nulliter & indebitè per eundem, N. N. præſtiti & facti minimè Perſonæ ac Cauſæ ſuis nocere vel obeſſe poterint, præſentibus manifeſtat. Salvâ ejuſdem Proteſtationis & manifeſtationis augendi, minuendi &c. facultate reſervata.

Po-

Poſtea inhærendo præmiſſæ Proteſtationi citet Ingerentem (deſumptis ad Citationem ſpectantibus ex eadem proteſtatione facta contentis.

Revivificatoriæ

Ideò vocantur. Quia Cauſam & Actionem in Judicio Tribunalitio pendentem indeciſam poſt mortem & Obitum Actoris vel Citati Succeſſoribus eorum revivificant; formantur autem plerumque taliter.

Joannes Tertius DEI gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Litvaniæ, Pruſſiæ, Ruſſiæ, Maſoviæ, Samogitiæ, Kiioviæ, Volhyniæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenſciæ, Severiæ, Czernichoviæque Vobis *N. N. N. N.* olim *N. N.* Conſorti relictæ Viduæ *vel* Filiis, *vel* Filiabus *N. N. N. N.* Succeſſoribus legitimis de Bonis veſtris generaliter omnibus mandamus, ut in Judiciis Noſtris Ordinariis Generalibus Tribunalis Regni Petricovienſibus à poſi- *Citatio Revivificatoria.*

tione præſentis Citationis Noſtræ rectè in quatuor ſeptimanis ſeu tum, dum, & quando Cauſa præſens ex Regeſtro vocandarum Cauſarum ſolito & huic Cauſæ competenti vocata & clamata inciderit perſonaliter & peremptoriè compareatis idque in aſſiſtentia competenti. *Si Vidua vel Filiæ vel Minorennes*, Ad inſtantiam Inſtigatoris Judicii Noſtri ejuſque Delatorum vel Delatoris N. N. Actoris. Qui vos citant ad parata Decreta *vel* Proceſſum, *vel* gradus vel Terminos, in quibus actio infraſcripta ſtetit, manetque indeciſa, idque revivificatoriè, revivificando vobis Cauſam & actionem Judiciariam morte ejuſdem olim N. N. Parentis *vel* Mariti *vel* &c. interruptam in eo, quatenus Vos &c. *hic exprimitur meritum Actionis.* Quapropter ut eundem Terminum translapſum attentetis, Citamini; ſitis parituri & Judicialiter reſponſuri. Datum Petricoviæ &c. *ponatur actus unius vel duarum*

rum septimanarum ante diem, quâ extraditur Citatio.

Quibus omnibus supra expressis nihil jam superaddendum est, sed ad *Caput Quartum*, *ubi de Inscriptionibus Officiosis* qualiter, quomodo à Comparentibus cum omnimoda cujusvis securitate recognoscantur, descendere visum est. Itaque

CAPUT IV

DE Inscriptionibus Officiosis.

QUoniam *Resignatio* Bonorum ampliori indiget forma & magna consideratione, ideò eandem primo loco ponere placuit. Et quidem

Resignatio.

Hæc Inscriptio recognoscitur, cùm Hæres Bona sua hæreditaria Ementi vendit eandemque venditionem coram Actis publicè factam profitetur. Quam In-

ſcriptionem, ni coram Actis per Vendentem recognoſcatur, aliæ præcedunt ſolennitates, videlicet Contractus Emptionis & venditionis, ac ejus Roboratio. Contractus formatur plerumque taliter.

Contractus Venditionis. Między Ich Mośćiami Pany I M. Panem N N. Dobr wſi N. Dziedzicem z iedney, á N N. z drugiey ſtrony ſtał ſię Kontrakt y poſtanowienie-pewne w ten nizey opiſany ſpoſob. Iz pomieniony I M. Pan *N N.* Dobra ſwoie Dziedziczne wſi N. w Wojewodztwie Pomorſkim à Powiecie N. lezące, ze wſzytkiemi Dobr tych przynalezytoſciami, przyległoſciami, Polami, Rolami, Łąkami, Laſami, Borami Gajami, Dworem, Budynkami, Poddanemi utriusque Sexus tam præſentibus, quàm fugitivis, Jure aut aliâ viâ recuperabilibus, karczmą & attinentiis in genere omnibus à granicie ad graniciem, tak zdawna y teráz w ſobie rozmierzone zoſtaią nic dla ſiebie ani ſukceſſorow ſwoich

nie

nie excipuiąc pomienionemu IM Panu N. N. y iego ſukceſſorom połowę Dobr darunkiem wiecznym y nie powſciągnionym, a drugą połowę za Summę złotych Polſkich N. monety Pruſkiey realiter & effectivè odebranych z ktorych præſenti quietatur Contractu, daie, daruie, przedaie y reſignuie. Intromiſſiey ex nunc pomienionemu Iego Moſci Panu N. dopuſzcza, y gdy Officiosè affectabitur dopuſcic Submittuie ſię. Ewictyią generalną, od wſzelakich impetycyi, tak prywatnych jako Urzędowych tenże IM Pan N. z ſukceſſorami ſwemi zapiſuie pod zakładem zwyſz mianowaney ſummy Złotych N. Polskich monety Pruſkiey. O ktory zakład z ſukceſſorami ſwemi pozwany przed wſzelakim abo Urzędem woiewodztwa Pomorſkiego ſtanąc na pierwſzym Terminie jako zawitym, y tam bez wſzelkich dilatij, exceptij, appellacyi, y jch proſekucyi y innych Obron prawnnych rozumem ludz-

ludzkim wymyslnych odpowiedzieć. Ktory to Kontrakt y w nim opiſane ligamenta obiedwie ſtronie przed Aktami Grodzkiemi Skarſzewſkiemi-ſtanąc roborować ſubmittuią ſię, y on rękami właſnemiprzy-przyćiſnieniu pieczęći ſwoich podpiſali. Działo ſię &c.

Informatio. Quo Contractu conſcripto & manibus utrarumque Partium ſubſcripto procedere tenentur Contrahentes ad Acta Caſtrenſia Skarſzevienſia & eundem Contractum roborare. Quæ Roboratio notatur à Suſcipiente à Tergo Contractuum amborum & ponitur actus & feria, quâ ſuſcipitur. Eadem verò Roboratio Actis ingroſſatur taliter.

Forma Roborationis. Coram Officio & Actis præſentibus Palatinalibus Pomeranienſibus Caſtrenſibus Skarſzevienſibus comparentes perſonaliter Generoſus *N N.* ab una, atque Generoſus N N. parte ab altera, recedento à Foro ſuo quovis proprio & ſibi

com-

competenti, huic autem Palatinali Pomeraniensi Castrensi Skarzeviensi Juri & Jurisdictioni, actus præsentis illiusue effectus respectu se se totaliter cum Bonis ac Successoribus suis incorporando & inviscerando sani mente & corpore existentes, palam, ultrò ac benevolè recognoverunt & quilibet illorum suo pro interesse recognovit. Quia ipsi Contractum certum ratione venditionis *vel* Emptionis Bonorum N. in Palatinatu Pomeraniæ & Districtu N, sitorum & consistentium die N. anno N. initum & confectum, manibusque Contrahentium subscriptum, cum omnibus ejusdem Contractus nexibus, ligamentis, Clausulis, Articulis, Tenore, vadio approbant, roborant & ratificant submittentes se se cum Successoribus suis, eundem Contractum tenere, adimplere, & exequi sub vadio N. Florenorem Polonicaliũ monetæ in terris Prussiæ currentis in se ac Successores suos liberè

as-

aſſumpto & impoſito. Pro quo quidem vadio in caſu Contraventionis ejuſdem Contractus ſuccumbendo, quoties ſe aliquis ex Contrahentibus & Comparentibus ſive ejus Succeſſores citare permiſerint, toties Foro ſuo omiſſo in primo tanquam peremptorio Citationis Termino ſtare, Juri parere, reſpondere, nihilominus rei principali non recedendo ab eodem Judicio ſatisfacere ſuis cum Succeſſoribus tenebitur abſque omnibus dilationibus, exceptionibus, Legalibus impedimentis, Appellationibus vel earum proſecutionibus, Proteſtationibus, manifeſtationibus, Controverſiis, Præſcriptionibus, Evaſionibus, aliiſque Juris remediis, ac omnibus penitùs exceptis Juris diffugiis (quibus præſentibus ſuis cum ſucceſſoribus renuntiat) nullâ præſcriptione Terreſtri in præmiſſis obſtante. His ſuis perſonalibus Recognitionibus in præmiſſis mediantibus.

Qui-

Quibus præmissis Vendens resignat Bona à se vendita, eandem verò Resignationem suscipiens in Cancellaria brevissimè inducit Prothocollo, Actis verò ingrossatur fusiùs & quidem taliter. *Informatio.*

Coram Officio & Actis præsentibus Palatinalibus Pomeraniensibus Castrensibus Skarszeviensibus comparens personaliter Generosus N. N. olim N. N. cum Generosa N. N. susceptus Filius & Naturalis Successor Foro suo &c &c. (*vide in præcedenti Forma*) sanus mente & corpore existens palam, ultrò, ac benevolè recognovit. Quia ipse totalia ac integra Bona sua hæreditaria Villæ N. se Recognoscentem Jure naturalis successionis post olim Parentes suos concernentia & ad se devoluta cum omnibus eorundem Bonorum attinentiis, Curiis, Areis, Ædificiis, Stucturis, Forestis, Stabulis, Granariis, Promptuariis, Gazis, Domibus, cunctisque Ædificiis tam Curialibus, Prædialibus, *Forma Resignationis.*

 quàm

quàm villanis, Pomariis, Apiſteriis, Hortis, Agris, Pratis, Campis, ſylvis, Borris, Garis, nemoribus, Rubetis, virgultis, Pinetis, Indaginibus, Mericis, Lacubus, Paludibus, Stagnis parvis & magnis, Piſcinis, Piſcinulis, Fluviis, Fluminibus, Ripis, Rivis, Rivulis, Torrentibus, Aquis & Aquarũ quibuſvis decurſibus & accurſibus earũq; Piſcationibus, &c. Hortulanis, Inquilinis aliiſq; omnibus utriuſque ſexus Subditis, eorumque Uxoribus ac Liberis tam in Bonis prænominatis reſidentibus, quàm profugis, & ubique locorum Jure aut alio quovis modo licito recuperandis, eorumque Cenſibus, Laboribus, Dationibus, Vigiliis, Cuſtodiis, ac aliis quibuſvis cunctis tributis, obſequiis, omnique eorundem Bonorum Jure, Dominio, proprietate, propinquitate, pertinentiis, attinentiis, uſibus, fructibus, Proventibus, commodis, emolumentis, ac utilitatibus generaliter univerſis. Jam exnunc N. N. & ejus Succeſſoribus unam

quidem medietatem dono perpetuo ac irrevocabili tituloque hæreditario, alteram verò medietatem ultra vim Doni se se extendentem in & pro summa N. Florenorum Polonicalium jam levata & percepta (de qua præsentibus quietat) dat, donat, vendit, inscribit, & resignat temporibus perpetuis, cum potestate omnimoda eidem N. N. ejusque Successoribus reservatâ, attributâ & concessâ, Bona omnia supradicta virtute præsentis Inscriptionis Resignatoriæ, habendi, possidendi, illisque fruendi, nec non dandi, donandi, vendendi, inscribendi, resignandi, commutandi, obligandi, alienandi, locandi, & in suos suorumque Successorum quosvis beneplacitos usus liberè cedendi & convertendi perpetuò & in ævum. Intromissionem cum actuali & pacifica possessione idem Recognoscens jam exnunc in facie Officii admittit, & dùm officiosè affectabitur, admissurum se *Informatio.*

offert. Insuper Evictionem generalem ab omnibus quarumcunque Personarum propinquarū & remotarum, status, sexus & Conditionis cujusvis existentium damnis & Impetitionibus ac Impedimentis Juridicis occasione Bonorum eorundem exoriundis de Bonis suis omnibus mobilibus & immobilibus cavet & se suis cum Successoribus inscribit supradictum N. N. ac ejus Posteros ab omnibus Inscriptionibus prioribus & posterioribus, perpetuis & temporaneis, authenticis & manualibus submissionibus, Debitis, spiritualibus & secularibus Vinculis, demonstrationibus, Resignationibus, Obligationibus, Advitalitatibus, Dotibus, Dotalitiis, Reformationibus aliisque idgenus quibusvis Contractibus, cuicunque Personarum servientibus, tum Citationibus, Concitationibus, Adcitationibus, Innotescentiis in eadem Bona importatis & importandis, Decretis, Lucris, Per Lu-

cris obtentis & obtinendis, Processibus Judiciariis perductis & perducendis institutis, & instuendis, generaliter verò ab omnibus Juribus & oneribus prædicta in Bona modo quocunque gravantibus & afficientibus, toties, quoties opus fuerit, omni Judicio & Officio per omnes præscriptiones Terrestres semper & ubique tueri, defendere, evincere, intercedere, & eliberare, Bonaque prænominata semper munda & libera efficere ac exonerare, idque quoad medietatem donatam sub damnis Terrestribus simplici verbo absque Corporali Juramento taxandis & edicendis. Quo verò ad medietatem dictorum Bonorum venditam & resignatam sub simili Vadio Florenorum N. Polonicalium monetæ Pruthenicæ in se Recognoscentē, Bonaque sua quævis ac Successores suos præsentibus assumpto & imposito. Pro quo quidem vadio ac damnis Terrestribus præmissisque omnibus non completis

 nihi-

nihilominus complendis, quoties se memoratus Recognoscens in defectu satisfactionis præmissorum ad quodcunque Judicium seu Officium Terrestre sive Castrense Palatinatûs Pomeraniæ (Cui se suis cum Successoribus ad reponendum Jurique parendum in & de Bonis inscripsit) citare permiserit, toties Foro suo quovis proprio & competenti ut supra omisso coram eodem seu Officio, ad quod adcitabitur, seu Successores illius citabuntur in primo tanquam peremptorio Citationis termino, quem sibi suisque Posteris constituit peremptorium stare, Juri parere, respondere, vadium suprascriptum ac damna Terrestria non recedendo à Judicio seu Officio illo reponere & persolvere, quibus repositis nihilominus rei principali & Inscriptioni præsenti in toto vel in minima parte satisfacere & omne Decretum Judicatumque pati & ferre debebit, Successoresque ejus tenebuntur.

omnibus Controversiis, Exceptionibus, Protestationibus, Evasionibus, submissionibus, Cautionibus, Manifestationibus, gravaminibus, præscriptionibus, fataliis Juris, Appellationibus, earumque prosecutionibus, tum dilationibus omnibus in genere & singulis in specie tam de Jure concessibilibus, quàm de praxi fieri solitis videlicet ad Evictorem, ad Quietationem, ad munimenta & his similibus procul repulsis, cunctisque beneficiis & defensis, & Juris Coloribus, aliisque quibusvis diffugiis & diverticulis mente ac Industriâ humanâ adinveniendis & excogitandis abjectis & remotis Legalibus impedimentis, Infirmitatibus, Successorum minorennitate aut extra Acta hæc receptione non obstantibus, nullos denique Inscriptioni præsenti defectus ac ne toti eundem subsequenti Processui Judiciario (si quis subsequeretur) malè obtentum objiciendo, nec se modo quocunque

contra præmissa omnia & singula tuendo, protegendo, suisque Successoribus viam ad quævis diffugia & diverticula præcavendo sub suæ suorumque Successorum totius Causæ amissione, Præscriptione Terrestri in præmissis omnibus & singulis nec quidquam obstante Hâc sua personali comparitione & Recognitione ad id accedente ac præmissa omnia firmante.

Cui inhærendo Resignationi Emptor conducit Ministerialem cum duobus Nobilibus, qui in Bona sibi, ut præmissum est, resignata condescendat & eum intromittat. Circa quam Intromissionem tenetur vel Resignans ipse vel per aliquem in iisdem Bonis præsens adesse Intromissionemque suprafatam per præfatum Ministerialem affectatam admittere.

Informatio. Quâ peractâ Intromissione studeat omninò Emptor, ut idem Ministerialis quantociùs Acta authentica Castri præsentis adeat de Intromissioneque (*quæ est ani-*

anima cujusvis Possessionis.) per se expedita & peracta faciat, quando? ubi? vigore cujus Juris & cum quibus Nobilibus? Relationem. Quæ à suscipiente inseritur Prothocollo forma tali.

Ad Officium & Acta præsentia Palatinalia Pomeraniensia Castrensia Skarszeviensia veniens personaliter Ministerialis Regni generalis Providus NN. Juratus tonsus, & Officio præsenti suo cum authentico notus in vim suæ veræ & fidelis ubivis locorum per ipsũ pro munere Ministerialiatus sui faciendæ & recognoscendæ Relationis mente & corpore sanus existens palã, ultrò, ac benevolè recognovit. Quia ipse unà cum duobus Nobilibus videlicet NN. sibi majoris Testimonii gratiâ adhibitis ad affectationem officiosamque Requisitionem *NN.* ad Bona Villæ *N.* Curiamque ibidem sitam die N. mensis N. condescendit personaliter ibidemque Intromissionem vigore Inscriptionis certæ *Forma Intromissionis.*

Resignatoriæ coram Actis præsentibus Feria &c. &c. factæ affectavit, quam nemo denegavit, imò is idem N.N. præsens & personaliter in præfatis Bonis existens eandem ultrò ac benevolè admisit. Quapropter is idem Ministerialis eundem N. N. in præfata Bona intromisit, investivit, & introligavit, sicque Intromissum, investitum, & introligatum in pacifica dictorum Bonorum possessione reliquit, Subditisve convocatis Obedientiam præstandam indixit. De quo præsens ejusdem Ministerialis Regni Generalis facta Relatio.

Advertendum. Quòd non solùm Hæres Annos competentes assecutus, verùm etiam Tutores nomine Minorenniū (Si Bona sint desolata & de die in diem majori subjaceant Ruinæ, præcavendo indemnitati Pupillorum:) habito tamen à Judicio priùs Terrestri Districtus illius, cui eadem Bona subsunt desuper Consensu) Bona Pupillorum resignare possint. Eam

autem

autem Resignationem præcedere debet Contractus, quo Causæ vel rationes cur Bona vendantur? specificentur. Formari autem, si libuerit, potest tali forma.

Między Ich Mosciami Pany *N. N.* N. N. jako N. N. N. N. niegdy IM. *Pana* N N. z Jey Mcią NN. spłodzonych Dziatek & adhuc minorennium Opiekunami Naturalnemi *vel* Urzędownie przydanemi ziedney, à IM Panem NN. z drugiey stał się Kontrakt y postanowienie wten niżey opisany sposob. Ponieważ Dobra Wsi N. w Woiewodztwie Pomorskim à Powiecie N. leżące, wielkiey podlegaią ruinie, tak dalece że jako do onych poprawienia, meliorowania y wystawienia w dobry porządek Æs Pupillare non sufficit, tak do pożywienia y przyodzie nia minorennium nie wynoszą, a cowiększa in dies magis ac magis deteriorantur: tak dalece że wktrotce funditùs evertentur ab injuriis Cæli. Consulendo tedy meliori bono eorundem

Contractus inter Tutores & Ementem.

Minorennium, à uważaiąc sobie że summa za pomienione Dobra wzięta in Bonis mundis locata, słuszną na wyżywienie onych wynieść może Prowizią, inhærendo Consensui Judicii Terrestris N. Dobra pomienione cum omnibus attinentiis & pertinentiis, Usibus, fructibus & emolumentis generaliter omnibus jako to Polami, Rolami &c. &c. &c. *ponatur præcedens forma in Contractu anteriori Resignatorio expressa usque ad finem mutatis mutandis.*

Informatio. Quo Contractu confecto resignant Tutores in forma tali, qualis supra apposita est, hoc solo superaddito, *Comparentes N NNN. inhærendo Consensui Judicii Terrestris N. Feria &c. ad infrascripta recognoscenda dato, providendoque Pupillorum meliori bono Bona &c. dant, donant, resignant &c. &c. scribatur ex præcedenti forma.*

Quam Resignationem vel Resignationes sequitur in Ordine.

CESSIO

Hæc

Hæc Inſcriptio plerumque recognoſci- *Informatio.*
tur, cùm aliquis de Bonis Regalibus, vel de Juribus ſuis alicui cedit.

Si de Bonis Regalibus *verbi gratia* de Capitaneatu aliquo cedere aliquis voluerit, tenetur omninò ante omnia deſuper procurare Conſenſum S. Regiæ Majeſtatis idque ſequentis Formæ & Tenoris.

Joannes Tertius DEI Gratia Rex Po- *Conſenſus Regius.*
loniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſoviæ, Samogitiæ, Kiioviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenſciæ, Severiæ, Czernichoviæque, Significamus præſentibus Literis Noſtris, quorum intereſt univerſis & ſingulis. Quod eam ſemper apud Nos eximia Generoſi N N. Capitanei Noſtri N. merita obtineant æſtimationem, ut nullam intermittere velimus occaſionem, qua eidem Regalis non conteſtemur munificentiæ Documentum; proinde cùm in animum induxerit de Capitaneatu Noſtro N. ce-

dere, Jusque suum super eundem Capitaneatum sibi serviens in personam N N. transfundere, transferre, modo illi mediante Consensu Nostro id facere liceret, libenter Nobis faciendum esse duximus, uti eidem N N. Consensum Nostrum Regium cedendi de eodem Capitaneatu cum omnibus suis attinentiis & pertinentiis daremus & conferemus, damusque & conferimus præsentibus. Quæ quidem Juris Cessio postquam coram Actis quibusvis authenticis Regni peracta & recognita fuerit. Nos eam ratam & gratam, ubicunque præsenti Consensu Nostro accedente peragetur, habituri sumus. Vigore cujus quidem Cessionis & præsentis Consensus Nostri dictus *N N.* præfatum Capitaneatum *N*ostrum *N.* cum Arce, Oppidis, Curiis, Prædiis, Agris, Pratis, Campis, fundis, Pascuis, sylvis, *N*emoribus, stagnis, Fluviis, Molendinis, Tabernis, Subditis utriusque sexus, cum laboribus

ribus Censibus, Dationibus, aliisque proventibus & emolumentis nunc & ab antiquo ad dictum Capitaneatum *N.* spectantibus, tenebit, habebit & possidebit ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimus autem pro Nobis & Serenissimis Successoribus Nostris non esse Nos suprafatum *N. N.* à Jure, usu, & pacifica possessione dicti Capitaneatus N. cum omnibus illius attinentiis, & pertinentiis amoturos vel amovendi potestatem cuipiam daturos, sed salvum Jus ipsi conservaturos, quod & Serenissimi Successores Nostri præstabunt. Ratione cujus Juris is idem NN. Quartam Legibus præscriptam quotannis de eodem Capitaneatu Ravam vel *N.* &c. stato tempore, solvere tenebitur. Post mortem verò ejusdem *N. N.* non priùs Successores sui de præfato Capitaneatu *N.* cedere tenebuntur, donec &c, (*specificetur certa quantitas summæ*) Juribus Nostris Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiæque Catho-

tholicæ ſalvis manentibus, in cujus rei fidem &c. &c. &c.

Informatio. Quo exportato Conſenſu Sacræ Regiæ Majeſtatis, tum priùs cedat de Capitaneatu. Quæ Ceſſio de Capitaneatu, tum & de aliis Bonis Regalibus inducitur in Prothocollon, breviori (ut jam dictum eſt) forma, Actis verò inſeritur fuſiori ad inſtar *Reſignationis* mutatis mutandis: pro *Reſignat*, ponitur *Cedit*; medietas non donatur, quia hæc ſolùm in Reſignationibus obſervatur propter *Jus Retractûs*.

Tertio in Ordine plerumque ſequitur *Transfuſio.*

Quam recognoſcit ille, qui vel Jus ſuum qualecunque, quodcunque vel quovis titulo ad Bona, Summas, Chartas manuales, &c. &c. habuerit, in Perſonam alienam transfert & transfundit. Quæ Actis ingroſſatur brevisſimè.

Forma Transfuſionis. Coram Officio & Actis præſentibus Palatinalibus Pomeranienſibus comparens

rens personaliter NN recedendo &c. &c. *Lege ex prioribus Inscriptionibus* sanus &c. existens &c. recognovit. Quia ipse summã suam pecuniariam &c. Jus suum &c. vel prætensionem, ad N N. habitam jam exnunc mediante sibi præmissorum ratione per *NN.* facta reali & totali satisfactione (nihil sibi suisque Successoribus reservando aut quovis modo excipiendo) cum omni præfatorum Jurium, vel prætensionum, vel Inscriptionum tenore, colore, ac specie in Personam ejusdem N. *N.* ac ejus Successorum transfert, transfundit cum potestate omnimoda & absoluta eidem NN. reservata præfatum Jus *vel* prætensionem *vel* Summas de manibus præfati *N* N. Debitoris, aut à quo competierit & quando placuerit levandi & percipiendi, vel in alium locũ transferendi vel dandi, donandi &c. hac sua personali Recognitione in præmissis mediante.

Quarto & ultimo in Ordine est.

Quietatio.

Hæc recognoſcitur ſemper una forma juxta exigentiam Cauſæ, *vel* prætenſionis, de qua quietatur idque taliter.

Forma Quietationis.

Coram Officio & Actis &c. &c. &c. *lege ex præcedentibus formis ad verbum recognovit.* Quia ipſe N N ac ejus Succeſſores de Cauſa vel de ſumma pecuniaria, *vel* de prætenſione tali & tali ob præſtitam ſibi in præmiſſis ſatisfactionẽ quietat, abſolvit & liberum ſuis cum Succeſſoribus mittit. Nihil ſibi ac Succeſſoribus ſuis, Juris tituli prætextus aut prætenſionis alicujus ad eundum N N reſervando aut quovis modo excipiendo imò, æternum ſibi ac Succeſſoribus ſuis præmiſſorum ratione ſibi imponendo ſilentium hac ſuâ perſonali Recognitione in præmiſſis mediante.

Quibus ſuprapoſitis, ad alias Inſcriptiones Officioſas inter Conjuges omninò propter majorem ſecuritatem ſui ineundas & faciendas deſcendere viſum eſt. Illas

verò

verò juxta modernam praxim ante Nuptias celebrandas præcedere debet

Contractus N*uptialis.*

Quem formant vel conficiunt inter ſe, Parentes Neo-Nubendæ Filiæ ex una, in præſentia Conſangvineorum ex utraque Linea, & ſponſus parte ex altera forma ſequenti vel ſimili.

Za przeyrzeniem y prædeſtinacyą tego ktory humana coadunat corda, za Wolą tego Boga ktory przy kreacyi pierwſzego Człowieka adjutorium ſpoił y złączył ſimile, za konſenſem Jch Moſciow N. N. Rodzicow Jey Moſci Panny N N, a interpozicyą Ich MM Panow NNNN. jako Przyiacioł y Krewnych, y uſilnym oraz ſtaraniē IM Pana NN. ſtał ſię Kontrakt zobudwoch ſtron wniżey opiſany ſpoſob. Iz jako pomienieni Ich MM Panowie NN. NN Rodzice przy Rodźicielſkim ſwoim błogoſławienſtwie życzą ex penetralibus huic Thoro aby pomyſlne pociechy, wſze- *Contractus Nuptialis.*

Iakie ſzczęſliwoſći przy długoletnim y zgodnym pażyciu fluant, na Oboyga Oſoby, tak wzaiem intuitu Bonorum Paternorum & Maternorum in vim Dotis obiecuią. pomienionemu IM Panu N N. za zwyż mianowaną Corą ſwoią ſummę złotych N. monety Pruſkiey ktorą da Pan Bog. na S. Jan. *vel* S. Marcin *vel* &c. coram Actis Officij Skarſzevienſis do rąk tegoz IM Pana N N. wyliczyć ſubmittuią ſię. Zktorych odebrania taſz IM. Panna, a potym da Pan Bog tegoz IMci N N. Małżonka perſonaliter coram Actis ſtanąwſzy officiosè quietare & de Bonis Paternis & Maternis abdicare powinna. Tę zaś ſummę poſażną tamże powinien będzie przerzeczony IM. Pan NN. in Bona munda & libera locare, & in vim Contra Dotis in Bonorum ſuorum Immobilium medietate Reformacyą zapiſać. Po ſkonczonym zaś da Bog Akcie Weſelnym mutuam inter ſe Bonorum omnium advitalitatem

tatem zapisać coram Actis stanąwszy powinni. A ieżeliby tez ex amore Conjugali ultra Reformationē Summę jaką pomieniony IM. Pan NN. Jey Mości *NN*. zapisać chciał libero subijcitur arbitrio. Ktory to Kontrakt obiedwie stronie rękami własnemi przy pieczęciach swoich y podpisie ni żey mianowanych przyiacioł podpisali. Działo się &c.

Quo Contractu confecto, post celebratas Nuptias, tenetur juxta mentem Contractus ille sponsus & jam maritus cum præsata Sponsa & jam Consorte sua Acta adire ibidemque præfatæ Consorti suæ in suis Bonis omnibus inscribere *Informatio.*

Reformationem.

Quæ inseritur Actis Inscriptionum Forma tali Coram Officio &c. &c. &c. recognovit. Quia ipse NN. Generosi NN. cum Generosa NN. procreatæ Filiæ Consorti verò suæ Charissimæ summam *N.* Floren. Polonica. monetæ in Terris Prus- *Forma Reformationis.*

 siæ

ſiæ currentis in vim Dotis, de Bonis *Paternis* & maternis poſt eandem Conſortem ſuam levatæ & perceptæ, tum & aliam ſimilem ſummã N. Floreno. Polonicaliũ in vim veri & juſti Dotalitii ex amore Conjugali, quo eandem Conſortem ſuam proſequitur, ita ut ambæ ſummæ ſimul junctæ ſummam N. Florenorũ Polon. Monetæ Pruthenicæ efficiant in medietate omnium & ſingulorum Bonorum ſuorum immobilium hæreditariorum, Paternorum & maternorum, obligatoriorũ, habitorum, acquiſitorum & acquirendorum, devolutorum & ſucceſſione quavis poſt quaſcunque Perſonas devolvendorum; in totis tamen Bonis mobilibus ſummisque quibusvis pecuniariis, nec non in totali Curia, in qua nunc reſidet, & in qua demortuus fuerit, tum auro, argento, clenodiis, margarithis, lapidibus pretioſis &c. &c. &c. eidem præfatæ NN. Conſorti ſuæ Chariſſimæ, in eventu mor-

mortis ipsius legitimis Successoribus dat, donat, dotalitiat, modoque non alio nisi Reformatorio juxta Cursum Terrestrem, modum, Laudum, Observantiam more aliarum Reformationum diutiùs in Regno Poloniæ & Terris Prussiæ observari solitarum, inscribit, reformat & assecurat realiter & in effectu. Insuper ratione præmissæ Inscriptionis Reformatoriæ totaliter rocognitæ submittit se se de Bonis suis generaliter omnibus mobilibus & immobilibus summisque quibusvis pecuniariis ubivis locorum habitis & habendis suis cum successoribus eandem Consortem suam ac illius Successores in dictis Bonis Reformatis ab omnibus impedimentis &c. &c. &c. *lege Evictionem circa Resignationem appositam ad finem.*

Denuò uxor post levatam Dotem (quod etiam ante Reformationem fieri potest) tenetur bonis Paternis & Maternis abrenuntiare; hæc abrenunciatio suscipitur tali forma. Com-

Abrenunciatio.

Comparens personaliter, NN. Filia NN. cum NN. matrimonialiter procreata recedendo &c. &c. &c. recognovit. Quia ipse de manibus NN. Parentis sui summam N Floren. Polonicaliũ monetæ Pruthenicæ se in vim Dotis de Paternis & maternis concernentium die hodierna in actu contenta tulit, levavit & manualiter percepit. Ob quam levatam & manualiter perceptam eundem NN. Parentem suum quietat, Jusque suum ad eadem Bona habitum in Personam ejusdem NN. Parentis sui transfundit de Bonisque iisdem Paternis & maternis totaliter abdicat & abrenuntiando hac sua personali recognitione ad id accedente.

Quas omnes suprascriptas solennitates postremò propter cujusvis superstitis ex Conjugibus majorem securitatem, sequi debet

Advitalitas.

Hæc juxta antiquissimam formam statutis

tutis Regni expressam suscipitur breviùs Prothocollo, fusiùs verò postea ingrossatur forma tali.

Coram Officio & Actis præsentibus Palatinalibus Pomeraniensibus &c. recognoverunt. Quia ipsi omnium & singulorum Bonorum suorum Mobilium & immobilium, Paternorum & Maternorum hæreditariorum, Obligatoriorum, Arendatoriorum, Dotum, Dotalitiorum, summarum pecuniariarum habitarum & habendarum, ubivis consistentium, successionum devolutarum, & post quascunq; Personas devolvendarum, Auri, Argenti, Clenodiorum, Lapidum pretiosorum, Cupri, stanni, Ferri, Orycalci, æris, Equarum, Tapetum, vestium, vestimentorum, Pecorum, pecudum, gregum ovium, volatilium, Inventariorum, Conseminationum, totiusque suppellectilis domesticæ ac rerum omnium mobilium & immobilium mutuam & reciprocam *Forma Advitalitatis.*

 faci-

faciunt & inſcribunt ſibi advitalitatem & concedunt uſum fructum, ad extrema duntaxat vitæ ſuæ ſeu alterutrius ſuperſtitis tempora tali videl. modo. Quodſi & in quantum præfatum Maritũ priùs, quàm præfatam Conſortem ex permiſſione Divina (ad cujus nutum omnia fiunt) de hac Luce decedere contigerit, ex tunc præfata Conſors ſuperſtes Bona defuncti mariti ſui omnia morte ipſius derelicta, cum omni Jure, Dominio, proprietate, propinquitate, attinentiis, pertinentiis, uſibus, commodis, proventibus, utilitatibus, Cenſibus, tenebit, habebit, Jureque non alio, niſi Advitalitio poſſidebit, & illis utifruetur ad extrema vitæ ſuæ tempora. Poſt mortem verò ejusdem Conſortis extunc Bona præfati mariti omnia ad Succeſſores ejusdem mariti ſine quavis Succeſſorum Conſortis contradictione cum pleno & integro Jure devolventur. Similiter ſi & in quantum præfatam Conſortem

tem priùs, quàm præfatum maritum mori contigerit, extunc idem N N. Maritus superstes Bona N N. Consortis suæ omnia morte ipsius derelicta itidem cum omni Jure, Dominio, proprietate, usibus, fructibus, proventibus, utilitatibus, Jure non alio nisi advitalitio, habebit, tenebit, & utifruetur ad extremam vitæ suæ periodum. Post mortem verò ejusdem Mariti Bona omnia præfatæ Consortis ad Successores ejusdem Consortis suæ sine quavis impetitione Successorum Mariti cum Integro Jure redibunt. His suis personalibus Recognitionibus ad præmissa accedentibus

Advertendum. Quod si sit Maritus impossessionatus, qui nullam possessionem suam ubi Dotem cum Contradote inscribat vel assecuret, habeat, tenetur in vim simplicis debiti talem Summam, qualem in vim Dotis cum Consorte accipit & levat in omnibus Bonis suis mobilibus & immobilibus inscribere.

Plures Inſcriptiones in hoc Caſtro rariores. Reſtant equidem & aliæ, ſed hæ magìs ad Judicium Terreſtre vulgò *Ziemſtwo*, quàm Caſtrenſe ſpectare videntur. De quibus (ſvadente valetudine, tum maximè de Succeſſionibus, Dotibus, Viſionibus, Commiſſionibus, Dislimitationibus, Limitibus, ſignis metalibus, ſcopulis, Injuriis, vulneribus, damnis, & Litis expenſis:) ſeorſivo Tractatu breviter edendo Legens informabitur. Quare ad interim præmiſſa in rem & Bonum ignorantium connotata bono animo Lector ſuſcipe, Cauſamque tuam non ſolùm huic exiguæ Lucubrationi, ſed vel maximè Judicio Patronorum ejusdem Fori Skarſzevienſis committito.

FINIS.

Errata Typi.

Cap; 1. ubi Pæna Quinquaginta adde *in Contumaciam*.
Ibidem adde in Pæna Centum *Nec non*
Ibidem ubi Relatio Ministerialis adde *tenetur*
Ibidem non personaliter, sed personalitas lege.
Ibidem ubi de Castanda; Adde. *Subscribere*
Cap. 2do in Lucro, adde *quod* DAR.
Ibidem, in Causa statuit; adde *vigore Laudi Sredensis*
Ibidem pro fiet lege *fit*, ad Verba pro qua adde *Res est*
Ibidem ubi notan; pro & jam lege *etiam* pro satisfactio satisdatio
Ibidem, adde *vel personaliter v. per Plenipotentem*
Ibidem ubi pro pænis Legum adde citare potest.
Ibidem ubi Remissa, non disponentur sed *disponit*
Ibidem pro non quoties se, *sed quoties se*
Ibidem in ligament; adde *Zaplacic*.
Ibidem in Contractu obligatorio *pro wszem* lege *Owszem*
Ibidem non ponantur, sed ponatur lege.
Cap. III. Ubi de Interempt. *advecto* lege non advectum.
Ibidem In Inform. pro compellunt lege expellunt.
Ibidem pro florem Virgineum lege flore Virgineo.
Ibidem tit. de Injuriis, lege *Nobilium aliquorum de Nature contentiosorum*.
Ibidem sub tit. Ingess. ubi pro custodienda, lege præcustodiendo.



